B. N. C
FIRENZE
1056
27

Digitized by Google

056 ...

Digitized by Google

XXXV
da FLOR
1709
MISCELLANEE
R. BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE DI FIRENZE
1056
27
Digitized by Google

1056.27

1056 24

Digitized by Google

Digitized by Google

HYMNUS
DE DEO
AVCTORE OMNIS GRATIÆ,
OMNIVM CREATORE, AC RECTORE,
ALTISSIMO, MAXIMO, ET SEMPER EXISTENTE,
UNO, SOLO, IGNOTO, INEFFABILI, ET INCOMPARABILI,
MVLTINOMINI,
ÆTERNO, OMNIPOTENTE, OMNISCIO, ET IMMENSO,
IMMVTABILI, TERRIBILI, SANCTISSIMO,
ET SOLO BEATO, AC BONO.

Solis Scripturæ Sacræ Dictis, & Sententijs compoſitus,

IPSIQUE DEO
CVI OMNIS HONOR, ET GLORIA,
INSCRIPTVS, AC DICATVS

A D. AVGVSTINO ROMANO DE FLORIBVS
Monacho Camaldulenſi, & S. Theol. Lectore.

FAVENTIÆ, M. DCC. VI.
Typis, Ioſephi de Marantis Impreſſoris Epiſcopalis.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

1056.27

D E V S.

TE decet HYMNVS DEVS a Pſal.64.2.
b Spes mea ab vberibus matris meę; b Pſal.21.10.
c Egò autem, àà à Domine neſciò lo- c Ierem.1.6.
qui. d & non eſt ſermò in lingua mea. d Pſal.138.4.
e Polluta labia egò habeò, f nec eſt e Iſa.6.5. f Eccleſ.15.9.
ſpecioſa laus in ore Peccatoris: g Qua g Pſal.49.16.
rè non aſſumam per os meum, h h Pſal.137.2.
NOMEN SANCTVM tuum, ni-
ſi Tu Ipſe DOMINE, i qui exaudis i Pſal.9.17.
deſiderium Pauperum, k & mundũ k Iob.14.4.
facis de immundo conceptum ſemi-
ne, l abſtuleris iniquitatem meam, l Iſa.6.7.
m & immiſeris in os meum Canti- m Pſal.39.4.
cum, n vt eructent labia mea HYM- n Pſal.118.171.

a NVM

o *Pſal.* 88. 18. NVM, in Beneplacito Tuo, p & pſal.
p *Pſal.* 46. 8. lã Tibi ſpaienter. q Abyſſus Abyſ-
q *Pſal.* 41. 8. ſum inuocat, r Imperfectum autem
r *Pſal.* 138. 16. meum viderunt Oculi tui, & Ani-
ſ *Sap.* 9. 16. ma mea cognoſcit nimis. ſ Dificilè
æſtimamus quę in Terra ſunt, &
& quæ in Proſpectu ſunt, inueni-
mus cum labore; Quis ergò pote-
t *Theſſal.* 2. 4. rit cogitare, t OMNE quod dicitur
u *Prouer.* 30. 4. DEVS, u cuius NOMEN tantùm
x *Iſa.* 45. 15. quis nouit? x Verè tu es Deus abſcon-
y *Iob.* 37. 23. ditus, y & vincens ſcientiam noſtrã;
z *Thre.* 3. 1. z Egò autem vir videns Paupertatẽ
a *Iſa.* 1. 10. meam, a à Gloria MAIESTATIS
b *Thre.* 3. 29. tuę, b ponam in puluere os meum,
c *Sap.* 9. 17. & tacebò, c donec dederis ſapientiã,
d *Sap.* 10. 21. d Tu qui aperis os mutorum, e vt
e *Pſal.* 29. 13. cantem TIBI GLORIA mea, &
f *Pſal.* 70. 8. non confundar. f Repleatur igitur
g *Geneſ.* 18. 27. os meum laude, g & egò loquar ad
Te DEVM meum cum ſim puluis,
& ci-

& cinis, *h* & pronuntiabò Mirabilia
Tua, *i* in vaſis Pſalmi, *k* & in Verbo h *Pſal.*70.17. i *Pſal.*70.22.
Sancto Tuo, quod olim multifa- k *Pſal.*104.42. l *Hebr.*1.1.
riam, multiſque modis in Prophetis,
nouiſſimè verò locutus es in Filio,
m Qui in Terris viſus eſt, *n* & habita- m *Bar.*3.38. n *Ioan.*1.14.
uit in Nobis, plenus gratiæ, & veri-
tatis; ac de eius Plenitudine Omnes
accepimus, *o* ad accedendum cum o *Hebr.*4.16.
Fiducia ad Thronum Gratiæ tuæ, *p* p *Rom.*8.15.
clamantes ABBA PATER. *q* Egò q *Pſal.*115.16.
itaque ſeruus tuus *r* qui non ſum di- r *Luc.*15.21.
gnus vocari Filius tuus, quia peccaui
in Cœlum, & coram Te, *ſ* reddò ſ *Pſal.*65.14.
Tibi vota mea, quæ diſtinxerunt la-
bia mea, *t* cum clamaui ad Te, & t *Pſal.*29.3.
ſanaſti me. DOMINE DEVS ſa- u *Pſal.*37.23.
lutis meæ. *x* Sed, quid retribuā DO- x *Pſal.*115.12.
MINO, ex quo Omnia, in quo y *Rom.*15.36.
Omnia, per quem Omnia? *z* Sacri- z *Pſal.*117.17.
ficabò hoſtiā Laudis, & NOMEN

a *Pſal.* 88. 20. tuum Domine inuocabò, a Qui locu-
tus es in Viſione Sanctis Tuis, & di-
b *Pſal.* 49. 23. xiſti, b *Sacrificium Laudis honorificabit me, & illic*
c *Pſal.* 83. 10. *iter quo oſtendam Salutare Dei.* c Reſpicias ita-
d *Ierem.* 31. 3. que in faciem CHRISTI tui, d qui
e *Apocal.* 1. 5. dilexit me in Charitate perpetua, e &
lauit me in ſanguine ſuò à peccatis
meis, f vt reconciliaret me TIBI Pa-
f 2. *Corint.* 5. 18. tri ſuo, g & cum eo viuerem, ac per
g 1. *Ioan.* 4. 9. eum; in conſpectu Tuo in æternum.
h *Hebræ.* 13. 15. h Reſpicias inquam, & ſuſcipias Ho-
ſtiam laudis, ideſt fructum labiorũ
i *Pſal.* 118. 16. confitentiũ Nomini Tuo: i me quo-
que ſeruum tuum ſecundùm elo-
quium tuum, & viuam, & non con-
fundas me ab expectatione mea, k
k *Pſal.* 58. 11. præueniente me, l ac ſubſequente
l *Pſal.* 22. 6. Miſericordia Tua, omnibus diebus
m *Pſal.* 61. 20. vitæ meæ: m Fiat Fiat.

n *Ego OPUS MANUUM TUARUM,*
n *Iob.* 10. 3. *Et Gratia Tua Monachus Camaldulenſis*
Auguſtinus Romanus vocatus.

LEG.

LECTORI PHILOTHEO.

HYMNVS, nomen græcum eſt ab origine, ſed vſu paulatim, vt alia multa, latinitate donatum. Communiter ſignificat Laudem Dei metricè deſcriptam, hinc apud Orphæum, & Homerum, plures Deorum Hymni, & omnes, heroico verſu compoſiti. Nihilominus vi ſua non aliud habet ſignificare, quàm diuinam Laudem voce expreſſam. Ita vocis etimologia probat, & Angelici Doctoris auctoritas in Prologo ſuper Pſalmos confirmat. In hoc poſtremo ſenſu egò inſcripſi HYMNVM DE DEO, libellum hunc, quem tibi exhibeò Lector Philothee. Igitur nihil hæreas in ipſo limine, vnius forſitan vocis ſcrupulo impeditus, ſed perge, & lege Animo te dign, nempè Religioſiſſimo, nàm Sancta Sanctè tractanda. Quid quid leges, Sacrum eſt, à diuiniſſimis vtriuſque Sacri Teſtamenti oraculis fideliter deſumptum, atque adeò Totum, ſolius Scripturæ Sacræ Dictis, & Sententijs compoſitum, & DEO ipſi dicatum, cui etenim Diuina, niſi DEO offerenda, & CVI OMNIA debeò, quid ni ſaltem QVÆ SVA SVNT, dedicanda? Plurima ſunt omninò eadem, Multa, non nihil Altera, phraſe & ſenſu retentis, ſed caſu, Numero, Perſona, aut Tempore, mutato. Alicubi vnam tantùm vocem poſui, ſed hæc, vel integra ſententia eſt, vel alicuius ſententiæ appendix. Hoc ideò factum, ne fruſtrà eandem ſententiam repeterem, quamobrem ea ſolùm tranſcripſi, quæ quid diuerſum ſignificant, cæteris omiſſis. Semel quoque accidit, vt Adiectiuum loco ſubſtantiui poſitum fuerit, eundem tamen ſenſum habet quem ſubſtantiuum. Quædam denique tranſpoſita ſunt, vel conſonantiæ cauſa, vel ob maiorem ſententiarum connexionem. Cęterùm omnia fideliter, & maiori qua potuit diligentia, citatis vbique locis, collecta ſunt, neque à Diſparatis vt dici ſolet, ſed, quibuſdam paucis exceptis, à Proprijs ſinceriſſimè fuerunt deſumpta. Non nihil laboris mihi fuit in hiſce Biblicis centonibus colligendis, componen-

diſque

diſque, lubentiſſimè tamen opus inceptum, tandem data temporis opportunitate, pro ingenio, compleui, vt Deum, qui pro ſua ergà Homines Benignitate, innumera, ingentia, & quotidiana mihi contulit, confert, & maiora adhuc, vt ſperò licet nihil merens, conferet Beneficia, laudarem, vt par eſt, aliquandò. Verùm enim verò, multa diù mecùm meditato, in Laudes, [quantum homini licet] Deo dignas, non aliud mihi obuenit, quàm quod ipſe met DEVS, de ſe locutus eſt, vel per Filium ſuum Hominem factum, vel per os Sanctorum, qui à ſæculo ſunt Prophetarum eius. Placuit ſummopere Conſilium hoc, quis enim Deum nouit niſi Deus, & Præter Deum, Quis, Quæ Dei ſunt pro ſua dignitate valet explicare? Had de cauſa, relictis SS PP. ac Theologorum riuulis, ad inexhauſtos vtriuſque S. Teſtamenti Fontes acurri, & Diuiniſſimæ eloquentiæ, pro captu, aquis potatis, eructauit cor meum verbum bonum, & Hymnum hunc concinnaui. Propterea in hoc opuſculo nihil meum eſt, præter aliquem, magis corporis quàm animi, laborem: nàm doctrina mea non eſt mea, ſed Dei, atque adeò non ambitionis vitio, verùm Religionis, addò, & obedientiæ cauſa, Hymnus hic Typis eſt datus. Manebat apud me, quippe qui mihi ſcripſeram, ſed fortè ad manus cuiuſdam mihi familiaris, hominis profectò pij ac docti, deuenit, & vt priuatam mei Animi euſebiam, Prælo communem facerem, tàm Auctoritate ſua, quàm ratione cæpit vrgere. Dicebat, *Plurimos de Deo multa ſcripſiſſe, nec illaudanda, nullum tamen altius locutum, quàm qui Numine afflati paginas exararunt. Ideò*, pergebat dicere, *in vtroque ſolùm S. Teſtamento, tàm magnifica ac Deo plena Oracula paſſim legi, vt totam penitus excedant Intelligentis admirationem, quarè dolere ſe ſè quàm maximè, tanta omnibus aliòquin obuia, Paucis nota eſſe, Reliquis neglecta, his etiàm qui nunquam magis mirantur, quàm cum aliquid de Deo ſcitè dictum ab etnicis Scriptoribus incurrunt. Dare nihilominus ſe veniam huiuſmodi Ingenijs; etenim non alia de cauſa Propheticos, ac Diuinos loquendi modos de Deo, certum eſt minimè Pleriſque notos eſſe, quàm quia, huc illacque in S. Bibliorum Voluminibus latent diſperſi, frequentius cęteriſquam*

à Nullo

& Nullo non legendi ſi magis eſſent in promptu, in vnum ſcilicet aliqua methodo collecti. Sic diſpoſiti, Toti ceu ob oculos collocati, IGNOTAM DIVINI NVMINIS MAIESTATEM quò clarius exprimerent, eò facilius ad legendum, vel delicatiores allicerent. Cum itaque iſte Hymnus hanc ideam præſeferat, ferè omnia S oracula de Deo grauiora cotinens ſuis Cap. diſtributa, quid ni egò velim, vt Publicus factus multorum commodo eſſe poſſit, qui mecum mea tantum inſeruire poterat deuotioni? Potuerat quis dubitet? nobiliori methodo, ac pleniori diſponi, ſed dabit aliquandò, dabit alius operi, eorum quæ deſiderantur incrementa, nàm, quid facilius Inuentorum Additamentis? Hæc & Plura aliàs Amicus, qui non tantùm ſuadere poterat, ſed imperare: Egò autem qui alienis malò errarè conſilijs, quàm proprio ſapere ingenio, vbi maximè de maiori agitur Dei Gloria, volens nolens permiſi quod Alij voluerunt. Sic Opuſculum Prælo demandatum. Tu itaque Lector Philothee des veniam Autori, Opus gratum habeas, & quæ illi deſunt, vt Deus magis laudetur, tua ſuppleàs eruditione, ac vale.

FACVLTAS REVERENDISSIMI PATRIS GENERALIS ORDINIS CAMALDVLENSIS.

NOS D Petrus Fanciſcus Gallicius Abbas Generalis Ordinis Camaldulenſis. Opus inſcriptum, Hymnus de Deo, compoſitum à P. D. Auguſtino Romano de Floribus Monacho noſtro, ac S. Theol. Lectore, facultatem concedimus, quatenus ſeruatis de iure ſeruandis, vt poſſit Typis mandari. In quorum fidem, &c.

Datum in Monaſterio noſtro SS. Hypoliti ac Laurentij de Fauentia, quartò nonas Februarij 1706.

D. Petrus Franciſcus Gallicius Abbas Generalis Ordinis

D. Seuerus Erteli Cancellarius Camaldulenſis.

APPROBATIO.

DE Mandato Reuerendiſſimi P. D. Petri Franciſci Gallicij Abbatis Generalis Noſtri Ordinis Camaldulenſis, legi Hymnum de Deo, compoſitum à P. D. Auguſtino Romano de Floribus S. Theolog. Lectore, & dignum cenſeò vt imprimatur. Datum Rauennæ in Monaſterio Claſſis, Idibus Februarij Anno 1706.

D. Florianus Maria Amigonus Lect. Publicus S. Theol.

IN-

INDEX.

§. I

Dei Laudabilitas, Nomen, Magnitudò, Eſſentia, Vnitas, Obſcuritas, & Cognoſcibilitas.

§. II.

Idolorum Vanitas. Veri Numinis, Excellentia, Æternitas, & Immutabilitas; Eiuſdem Poteſtas, à Cœlorum Creatione, à Syderum, & Planetarum Diſpoſitione, ac Pulchritudine commendata.

§. III.

Poteſtas, & Magnitudò, ac Terribilitas Dei, à Terræ creatione, & mira Ipſius circà eam œconomia, celebrata.

§. IV.

Terribilitas Diuinæ Poteſtatis in Syderibus, in Nubibus, in Mari, & vbique, deſcripta.

§. V.

Diuinæ Maieſtatis, Omnipotentia, Fortitudò, & Supremum in Omnes Homines Imperium, ac infallibilis Prouidentia.

§. IV.

Magnificentia, & Infinitas Diuinarum Perfectionum, Præſertim Diuinæ Iuſtitiæ Magnitudò ergà Potentes, ac Locupletes.

§. VII.

Sanctitas Diuinæ voluntatis, Diuinæ mentis ſuper omnes Homines Attentiò, & Immenſitas Diuinæ eſſentiæ.

§. VIII.

Altitudò, Vaſtitas, & Profunditas Sapientiæ, ac Scientiæ Dei.

§. IX.

Libertas Humani Arbitrij. Diuinæ Legis præſtantia Supremi Numinis æquitas, & graviſſima eiuſdem in Peccatores omnes animaduerſiò.

Leo.

Digitized by Google

§. X.

Longanimitas Dei, & Miſericordia. Humanæ voluntatis infirmitas, & imbecillitas. Diuinæ Gratiæ effectus, & præmium; ſcilicet Gloria æterna.

§. XI.

Diuina Benignitas ergà Homines. Miſerrima horum conditiò. Diuini Verbi efficacia. Ineffabilis Prædeſtinationis Infallibilitas, & Horrendum Reprobationis Arcanum.

§. XII.

Affectus, & Laus Diuina.

HYM-

HYMNUS
DE DEO.

§. I.

Dei Laudabilitas, Nomen, Magnitudò, Eſſentia, Vnitas Obſcuritas, & Cognoſcibilitas.

IUbilate Deo omnis Terra, pſalmum dicite Nomini eius, date gloriam laudi eius, & auditam facite vocem laudis eius, *b* in omni loco dominationis eius. *c* Cantate Domino Canticum nouum, *d* Deo noſtro ſit iucunda, decoraque laudatiò, *e* Laus eius ab extremis Terræ. *f* Sed quis loquetur Potentias Domini, auditas faciet omnes laudationes eius? *g* Magnus Dominus, & laudabilis nimis, *h* & laudatiò eius formidoloſa. Timent eum Viri, & non audebunt illum contemplari omnes, qui videntur ſibi eſſe ſapientes. *i* Scrutator Maieſtatis opprimetur à gloria, *k* nec videbit eum Homò, & viuet. *l* Qui habitant ſub omni Cœlo, *m* A ſolis ortu vſque ad occaſum, ab Aquilone, & Mari, *n* pauentes horrendè, *o* inuocant NOMEN eius, Sanctum, *p* Inclitum, *q* Excelſum *r* Æternum, *ſ* Magnum, *t* Admirabile, *u* Laudabile, *x* Glorioſum, *y* Benedictum, *z* Terribile, *a* Horribile, *b* Magnificum, *c* Incommunicabile, *d* & Incomprehenſibile cogitatu. *e* Contremiſcunt in morem parturientium, ac dolore tenentur *f* à facie NOMINIS Domini, *g* Quia Maior Homine DEVS, *h* & omnes Gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, *i* & omnes Habitatores Terræ, apud eum in nihilum reputati ſunt. *k* Deum nemò vidit vnquam, ſed nec videre poteſt, *l* ſicuti eſt. *m* Poſuit tenebras latibulum ſuum *n* Deus Lucis, *o* & lucem habitans inacceſſibilem, *p* Abſconditus, *q* & inuiſibilis eſt, *r* Notus tamen. *ſ* Omnes Homines vident eum, vnuſquiſque intuetur eum procul, *t* ſed per ſpeculum in ænigmate, non autem facie ad faciem: *u* Inuiſibilia enim ipſius, à Creatura mundi, per ea quæ facta ſunt Intellecta, conſpiciuntur, ſempiter-

a *Pſal.* 65. 1. 8.
b *Pſal.* 102. 22.
c *Iſa.* 42. 10.
d *Pſal.* 146. 1.
e *Iſa* 42. 10.
f *Pſal.* 105. 2.
g *Pſal.* 47. 2.
h *Iob.* 37. 22. 24.
i *Prouerb* 25. 27.
k *Exod.* 33. 20.
l *Deuter.* 2. 25
m *Pſal.* 106. 3.
n *Sap.* 17. 3
o *Luc.* 1. 49.
p 1. *Paral.* 29. 14.
q *Iſa* 12. 4
r 1. *Macab.* 2. 51.
ſ *Ierem.* 10. 6.
t *Pſal* 8. 2.
u *Pſal* 112. 3.
x *Deutor.* 28 58.
y *Dan.* 2. 20.
z *Pſal.* 110. 10.
a *Malac.* 1. 14.
b 2. *Macab.* 8. 15.
c *Sap.* 14 21.
d *Ier.* 32. 19.
e *Deut.* 2. 25.
f *Malac* 2 5.
g *Iob.* 33 12.
h *Iſa.* 40. 17.
i *Daniel.* 4. 32
k *Timot* 6. 16.
l 1. *Io:* 3. 2.
m *Pſal* 17. 12.

 piter-

n *Ecclef.* 46. 19. o *Timot.* 6. 16. p *Iſa.* 45. 15. q 1. *Tim.* 1. 17. r *Pſal.* 75. 2. ſ *Iob.* 36. 25. t 1. *Cor.* 13. 12. u *Rom.* 1. 20.

piterna quoque eius virtus, & diuinitas; Ità vt inexcuſabiles, *x* & vani ſint omnes Homines, quibus non ſubeſt ſcientia Dei, *y* & dicunt in corde ſuo, *Non eſt Deus.* *z* Verè enim eſt Deus, *a* & ipſe ſolus. *b* *Eſt qui eſt Ipſe*, *c* Plenus, *d* Omnia continens, *e* & Omne Bonum. *f* Priuſquam montes fierent, aut formaretur Terra, & Orbis, à ſæculo, *g* & ante ſæcula, ipſe eſt Deus, *h* Antiquus dierum, *i* & numerus annorum eius inæſtimabilis. *k* Primus, & Nouiſſimus, *l* Alpha, & Omega, Principium, & Finis, *m* Solus, *n* & vnus Dominus, *o* & Dominator. *p* Ante ipſum non eſt formatus Deus, & poſt ipſum non erit, *q* Nec ſicut Dominus. *r* Omnes ergò Dij Gentium, Dæmonia, *ſ* ſimulacra *t* & Idola, nihil ſunt. *u* Non ſunt Dij, & nullum opus Dei cum illis, *x* nec eſt Spiritus in eis, *y* ſed Opera manuum Hominum, *z* vana, & riſu digna, *a* ſine anima, *b* & in tempore viſitationis ſuæ peribunt.

- x *Sap.* 13. 1.
- y *Pſal* 13. 1.
- z *Sap.* 13. 1.
- a *Iob.* 14. 4.
- b *Exod.* 3. 14.
- c *Iſa* 1. 11.
- d *Sap.* 1. 7.
- e *Exod* 33. 19.
- f *Pſal.* 89 2.
- g *Eccl.* 42. 21.
- h *Iſa.* 43. 13.
- i *Iob.* 36. 26.
- k *Iſa.* 41. 4.
- l *Apocal.* 15. 17.
- m *Iuda.* 1. 4.
- n *Deuter.* 6. 4.
- o *Iud.* 1. 4.
- p *Iſa.* 47. 8.
- q *Pſal.* 12. 5.
- r *Pſal.* 95. 5.
- ſ *Iſa.* 41. 29.
- t 1. *Corint.* 8. 4.
- u *Bar.* 6. 15. 50.
- x *Ierem* 51. 18.
- y *Pſal.* 113. 4.
- z *Ierem* 52. 18.
- a *Sap.* 13. 17.
- b *Ier.* 51. 18.

§. II.

Idolorum Vanitas. Veri Numinis, Excellentia, Æternitas, & Immutabilitas; Eiuſdem Poteſtas, à Cælorum Creatione, à Syderum, & Planetarum diſpoſitione, ac Pulchritudine commendata.

a NOn eſt itaque in Dijs Domine, non eſt ſimilis Tibi, *b* O Adonaì, *c* Deus Deorum, *d* Rex Magnus, *e* Terribilis, *f* ac Horribilis ſuper omnes Deos, *g* nam & ſi ſunt qui dicantur Dij, ſiquidem ſunt Dij multi, & Domini multi, vnus tamen Tu Deus es, *h* Excelſus, i Maximus, Altiſſimus, ſemperque viuens, & æternus in ſæcula. *k* Rex Gloriæ, *l* & ſublimis, *m* Rex Sæculorum, immortalis, & ſolus habens immortalitatem. *n* Non eſt in te tranſmutatiò, neque viciſſitudinis òbumbratio, *o* ſed in æternum permanes, *p* Habitans æternitatem. *q* Deſficiet omnis Carò ſimul, & Homò in puluerem reuertetur. *r* Tu autem Domine in Principio Terram fundaſti, & opera Manuum tuarum ſunt Cœli; Ipſi peribunt, Tu autem permanebis, Omnes vt veſtimentum veteraſcent, & velut Amictum mutabis eos, & mutabuntur, Tu verò Idem ipſe es, & anni tui non deſficient, *ſ* Nec diſſipabitur Imperium Tuum, *t* ſed Regnum tuum, Regnum omnium ſæculorum, *u* Alteri non dabitur, *x* & Poteſtas eius vſque in æternum. *y* Pereant igitur à facie tua *z* Dij aurei, & argentei, ærei, lignei, & Lapidei, *a* & confundantur Omnes qui adorant ſculptilia, & Qui gloriantur in ſimulachris ſuis. *b* Similes illis fiant qui faciunt ea, & Omnes qui confidunt in eis;

- a *Pſal.* 85. 9.
- b *Iud.* 16. 16.
- c *Pſal.* 46. 3.
- d *Pſal.* 95. 4.
- e *Pſal.* 95. 4.
- f 1. *Paralip.* 16. 25.
- g 1. *Corint.* 8. 5
- h *Iſa.* 57 15.
- i *Hiſt.* 16. 16.
- k *Pſal.* 23. 10.
- l *Iſa* 57. 15.
- m 1. *Timot.* 1. 17.
- n *Iacob.* 1. 17.
- o *Pſal.* 9 8
- p *Iſa* 57. 15.
- q *Iob.* 34 15.
- r *Hebr.* 1. 10.
- ſ *Dan.* 6. 26.
- t *Pſal* 144. 13.
- u *Dan* 2 44.
- x *Dan.* 6. 26.
- y *Pſal.* 67. 7.
- z *Bar* 6 38.
- a *Pſal* 96. 7.
- b *Pſal.* 113. 8.

ſ Le-

c Lętentur verò qui ſperant in Te, *d* qui nouerunt Nomen tuum, *e* & adorent te Omnes Angeli tui, *f* quorum non eſt numerus. *g* Omne genu curuetur Tibi, *h* Cæleſtium, Terreſtrium, & Infernorum, & Omnis lingua confiteatur, *i* quoniam Tu ſolus Dominus, *k* Tu ſolus Altiſſimus, *l* In Cœlo ſurſum, & in Terra deorſum, *m* Magnificus in Sanctitate, Terribilis, atque Laudabilis, *n* Faciens magna, & incomprehenſibilia, *o* Signa, & Mirabilia in Cœlo, & in Terra, *p* Inſcrutabilia, & abſque numero, *q* Prodigia, *r* Portentaque Ingentia. *ſ* Tu feciſti Omnia, *t* cum omni ornatu eorum, *u* & creaſti omnia ſimul *x* de materia inuiſa. *y* In principio * feciſti cęlos in Intellectu, *z* & Nullus tecum; *a* Tetendit eos Manus tua *b* ſuper aquas, *c* & extendit eos Prudentia tua *d* velut nihilum, *e* quaſi Cameram, *f* & quaſi Tabernaculum ad habitandum. *g* In magnitudine tua *h* poſuiſti Firmamentum in medio aquarum, *i* extendiſti Aquilonem ſuper vacuum, & appendiſti eum ſuper nihilum, *k* Verbo enim tuo cęli firmati ſunt, & Spiritu Oris tui omnis virtus eorum. *l* In Brachio fortitudinis tuæ *m* in Firmamento cęli ſtellas poſuiſti, vt lucerent ſuper Terram, *n* Arcturum, & Oriona, Hyades, & interiora Auſtri, *o* micantes Stellas Pleyadas, *p* omnemque Militiam eius, *q* Vas caſtrorum in excelſis, *r* in firmamento Cœli reſplendens glorioſè. *ſ* Tuus eſt dies, & tua eſt nox, Tu fabricatus es Auroram, & Solem *t* Luminare maius, vt præeſtet diei, Lunam verò Luminare minus, vt præeſſet nocti; *u* Vtrumque autem in ſigna, & tempora, & dies, & annos, *x* Pręcepto poſito quod non præteribunt *y* cunctis diebus Terræ; ſed ſementis, & meſſis, frigus, & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies non requieſcent, *z* quià Omnia ſeruiunt Tibi *a* qui Cęli ordinem noſcis, *b* & creans lucem, ac formans tenebras *c* Concordiam facis in ſublimibus eius, *d* & producis luciferum in tempore ſuo, & veſperam ſuper filios Hominum conſurgere facis. *e* Æſtatem, & ver tu plamaſti ea, *f* & Ordinatione tua perſeuerant; *g* quia Tua ſunt omnia, *h* & omnes Stellæ, & Lumen; *i* & Aſtra matutina, *k* ſtatuiſti ea in æternum, & in ſæculum *l* non deficient in vigilijs ſuis, *m* ſed lumen dabunt *n* indeſficiens *o* in cuſtodijs ſuis, obedientes Tibi cum tremore, *p* in manibus enim tuis abſcondis lumen earum, & rurſus præcipis ei, vt adueniat *q* mundum illuminans in excælſis, & faciens ſpeciem cęli in viſionę Glorię, *r* vt Cæli enarrent Gloriam tuam, & opera manuum tuarum annuntiet Firmamentum.

c *Pſal.* 5. 12
d *Pſal.* 9. 11.
e *Hebr.* 1. 6.
f *Iob.* 25. 3.
g *Iſa.* 45. 24.
h *Philipp.* 2. 10.
i *Iſa.* 37. 20.
k *Pſal.* 82 19.
l *Deuter.* 4. 39.
m *Exod* 15. 11.
n *Iob* 9. 10.
o *Dan.* 6. 27.
p *Iob.* 5. 9.
q *Deut.* 6. 22.
r *Deut.* 29 3.
ſ *Iob.* 12. 12.
t *Orat. Manas.*
u *Eccl.* 18. 1.
x *Sap.* 11. 18.
y *Pſal.* 135. 5.
z *Iſa.* 44. 24.
a *Iſa.* 45. 12.
b 4 *Eſdr.* 16 60.
c *Ierem.* 10. 12.
d *Iſa* 40. 22.
e 4. *Eſdr.* 16. 60.
f *Iſa.* 40 22.
g *Eccleſ.* 43. 16.
h *Gen.* 1. 6.
i *Iob.* 26. 7.
k *Pſal.* 32. 6.
l *Iſa.* 62. 8.
m *Gen.* 1. 17.
n *Iob.* 9. 9.
o *Iob.* 38. 31.
p *Iſa.* 34. 4.
q *Eccleſ.* 43. 10.
r *Ibid.* 9.
ſ *Pſal.* 73. 16.
t *Gen.* 1. 16.
u *Gen.* 1. 14.
x *Pſal.* 148. 6.
y *Geneſ.* 8. 22.
z *Pſal.* 118. 91.
a *Iob.* 38. 33.
b *Iſa* 45. 7.
c *Iob.* 25. 2.
d *Iob* 38. 32.
e *Pſal.* 73. 17.
f *Pſal.* 118. 9.

g 1. *Paralip* 29. 11. h *Pſal.* 148. 6 i *Iob.* 38. 7. k *Pſal.* 148. 6. l *Eccleſ.* 43. 18.
m *Bar.* 3. 34. n *Eccleſ.* 24. 6. o *Bar.* 3. 34. p *Iob.* 38 7. q *Eccleſ.* 43. 1. 10
r *Pſalm.* 18. 1.

§. III.

Poteſtas, & Magnitudò, ac Terribilitas Dei à Terra creatione, & mira Ipſius circà eam æconomia, celebrata.

a *Pſal.* 49. 22.
b *Pſal.* 77. 1.
c *Pſal.* 45. 9.
d *Pſal.* 33. 12.
e *Iob.* 38. 5.
f *Iob.* 12. 7.
g 2. *Petri.* 1. 19.
h 1. *Ioan.* 5. 9.
i *Hebr.* 11. 3.
k 4. *Eſd.* 16. 17.
l *Iob.* 26. 7.
m *Pſal* 103. 5.
n *Eccleſ.* 1. 4.
o *Hebr.* 1. 3.
p *Baruch.* 3. 33.
q *Deuter.* 33. 27.
r *Iſa.* 40. 12.
ſ *Pſal.* 32. 7.
t *Orat. Manas.*
u *Prouerb.* 8. 29.
x *Pſal.* 103. 9.
y *Pſal.* 64. 7.
z *Prouerb.* 8. 29.
a *Iob.* 38. 8.
b *Iob.* 38. 11.
c *Pſal.* 92. 4.
d 4. *Eſd.* 16. 12.
e *Ierem.* 5. 22.
f *Pſal.* 106. 16.
g *Pſal.* 103. 6.
h *Ierem.* 5. 22.
i *Pſal.* 64. 8.
k *Pſal.* 88. 10.
l *Prouer.* 8. 27.
m *Iere.* 5. 22.
n *Pſal.* 103. 6.
o *Iſa.* 57. 20.
p *Eccleſ.* 1. 7.
q *Gen.* 2. 6.
r *Pſal.* 144. 16.
ſ *Pſal.* 103. 27.
t *Bar.* 3. 33.
u *Pſal.* 103. 27.

a INtelligite hæc qui obliuiſcimini Deum, *b* & inclinate aurem veſtram in verba oris mei. *c* Venite, & videte opera Domini, *d* & docebò vos. *e* Quis poſuit fundamenta Terræ, & menſuras eius? Super quo baſes illius ſolidatæ ſunt, & quis dimiſit lapidem angularem illius? *f* Interroga Iumenta, & docebunt Te, & Volatilia Cęli, & indicabunt Tibi. Loquere Terrę, & reſpondebit, & narrabunt Piſces maris, *quis ignorat quod omnia hæc manus Domini fecerit? g* Nos autem habemus certiorem propheticum ſermonem, *h* & Teſtimonium Dei, quod maius eſt, *i* Fide enim intelligimus aptata eſſe ſæcula Verbo Dei, qui, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent, *k* dixit, *fiat Cœlum*, & factum eſt, *fiat Terra*, & facta eſt, *l* ſuper nihilum appenſa, *m* nec inclinabitur in ſæculum ſæculi, *n* ſed in æternum ſtabit, *o* portante eam Verbo virtutis ſuæ, *p* qui præparauit illam in æterno tempore, *q* & habet Brachia ſempiterna: *r* Qui tribus digitis appendit molem Terræ, librans montes in pondere, & colles in ſtatera: *ſ* Qui congregat ſicut in vtre aquas maris, & ponit in Theſauris Abyſſos, *t* ſignans eas teribili, ac laudabili Nomine Sancto ſuo, *u* & legem ponens aquis, ne tranſirent fines ſuos, *x* & conuertantur operire Terram: *y* Qui accintus Potentia, *z* circumdedit Mari terminos ſuos, *a* & ipſum Oſtijs concluſit, *b* ac dixit ei, *huc vſque venies, & non procedes amplius, hic confringes tumentes fluctus tuos; c* propterea mirabiles elationes maris, & mirabilis in altis Dominus. *d* Fluctuant fluctus eius de profundo, *e* commouentur, & intumeſcunt, *f* aſcendunt vſque ad Cęlos, *g* & ſuper montes ſtabunt aquæ, *h* ſed non pertranſibunt. *i* Qui conturbat profundum maris, *k* & dominatur Poteſtati eius, *l* Hic certa lege, & giro vallauit Abyſſos, *m* & poſuit arenam terminum aquis eius, præceptum ſempiternum, quod non præteribit; *n* Hinc, Abyſſus veſtimentum eius, *o* nec redundant fluctus eius, *p* cum omnia Flumina intrant in mare, nam ad locum vnde exeunt reuertuntur, vt iterum fluant, *q* ad irrigandam vniuerſam ſuperficiem Terræ, *r* & ad implendum omne Animal Benedictione, *ſ* omnia enim à Te expectant Domine, *t* qui repleuiſti Terram pecudibus, & quadrupedibus, *u* vt des illis eſcam in tempore; dante Te illis colligent, aperiente Te manum tuam, omnia implebuntur Bonitate, auertente autem Te faciem tuam, turbabuntur; auferes ſpiritum eorum, & defficient, & in puluerem ſuum reuertentur. Quàm magnificata ſunt ergò opera tuà Domine; omnia in ſapientia feciſti,

ciſti, vt impleretur Terra poſſeſſione tua; *x* Diuiſit aquas ab x *Gen.* 1. 6.
aquis ſapientia Tua, *y* & apparuerunt fontes aquarum. *z* Libra- y *Pſal.* 17. 16.
ti ſunt, *a* & emiſſi ſunt in conuallibus, inter medium montium z *Prouer.* 8. 28.
de ſuperioribus ſuis, potabunt omnes Beſtiæ agri, & expectabunt a *Pſal.* 103. 10.
onagri in ſiti ſua. Saturabuntur ligna campi, & Cedri Libani
quas plantauit, ſuper ea volucres Cęli habitabunt, de medio
petrarum dabunt voces, *b* & Tu intelliges clamorem eorum, *c* b *Pſal.* 5. 2.
qui das iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocan- c *Pſal.* 146. 9.
tibus Te. *d* Ideò oculi omnium in te ſperant Domine, *e* Spes d *Pſal.* 144. 15.
omnium finium Terræ, & in mari longè, *f* vt des eſcam illorum in e *Pſal.* 64. 1.
tempore opportuno, *g* Tu autem operis Cęlum nubibus, & f *Pſal.* 144. 6.
paras Terræ pluuiam, *h* producens fœnum Iumentis, & her- g *Pſal.* 146. 8.
bam ſeruituti Hominum, vt educas panem de terra, & vinum h *Pſal.* 103.
lætificet cor Hominis, vt exhilaret faciem in oleo, & pánis cor
hominis confirmet, ac de fructu Operum tuorum ſatietur
Terra; Ponis nubem aſcenſum tuum, & tegis aquis ſuperio- i *Pſal* 134. 7.
rá eius, *i* producens ventos de Theſauris tuis, vt educant nu- k *Iob.* 36. 28.
bes ab extremo Terræ, *k* quæ pretexunt cuncta deſuper, *l* & l *Eccleſ.* 43. 9.
euolantes ſicut aues, *m* luſtrant per circuitum, *n* vt effundant plu- m *Iob.* 37. 10.
uiam ſuper faciem Terrę, *o* quòcumque eas voluntas Tua du- n *Amos* 10. 15.
xerit, ad omne opus, quod præceperis illis ſuper Terram, ſiue o *Iob.* 37. 12.
in vna Tribu, ſiue in alia, ſiue in quocumque loco miſericor- p *Iob.* 28. 25.
diæ tuæ, eas iuſſeris inueniri, *p* faciens pondus ventis, *q* & cri- q 2. *Reg.* 22. 12.
brans aquas de nubibus, *r* ne erumpant pariter deorſum, *ſ* & r *Iob.* 26. 28.
alluuionibus terra conſumatur, *t* & flumina obruant illam; *u* ſ *Iob.* 14. 19.
ne verò ſit diluuium diſſipans eam, ponis arcum tuum in nu- t 5. *Cant.* 8. 7.
bibus, *x* Vas admirabile, & opus Excelſi; Benedictus qui fecit u *Gen.* 9. 11.
illum, valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo, & girauit cœlum in x *Eccleſ.* 43. 8. 12.
circuitu gloriæ ſuæ, & manus Excelſi aperuerunt illum, *y* & y *Eccleſ.* 42. 26.
quis ſatiabitur videns gloriam eius?

§. IV.

Terribilitas Diuinæ Poteſtatis in Sideribus, in Nubibus, in Mari, & vbique, deſcripta.

a NOn eſt ſimilis Tui in Fortibus Domine; *b* non eſt ſi- a *Exod.* 15. 11.
milis Tui in Cęlo, & in Terra. *c* Simulachra Gentium, b 2. *Paralip.* 6.
argentum, & aurum, *d* nec malè poſſunt facere; nec be- c *Pſal.* 113. 4.
ne, *e* Deus autem noſter, omnia quæcumque voluit, fecit in d *Ierem.* 10. 5.
Cœlo, & in Terra, *f* ipſe enim eſt Deus verus, ipſe Deus vi- e *Pſal.* 113. 3.
uens, *g* terribilis cunctorum Dominator, *h* & in omni neceſſi- f *Ierem.* 10. 10.
te omnia obaudiunt ei. *i* Conuertit mane in tenebras, & diem in g 4. *Eſd.* 5.
noctem mutat. *k* Præcipit ſoli, & non oritur, & ſtellas claudit h *Eccleſ.* 42. 26.
quaſi ſub ſignaculo. *l* Induit cœlos tenebris, & ſaccum ponit i *Amos.* 5. 8.
k *Iob.* 9. 7.
l *Iſa.* 50. 3.

m Iob. 36. 29.
n Idem. 37. 4.
o Eccleſ. 43. 18.
p Ioel 2. 3.
q Nahum. 1. 3.
r Habac 3. 11.
ſ Iſa. 13. 10.
t Iſa. 29. 6.
u Thre. 2. 3.
x Iſa. 30. 28.
y Ezech 13. 13.
z Pſal. 76. 19.
a Pſal. 96. 5.
b Iſa. 40. 10.
c Amos. 4. 13.
d Hab. 3. 5.
e Ibid. 6.
f Mich. 1. 4.
g Haba 3. 6.
h Mich. 1. 4.
i Pſal. 17. 8.
k Orat. Manaſ.
l Iſa. 2. 10.
m Dan. 7. 10.

operimentum eorum. *m* Si voluerit extendere nubes quaſi tentorium ſuum, & fulgurare lumine ſuo deſuper, cardines quoque maris operiet. *n* Poſt eum rugiet ſonitus, *o* & vox tonitrui eius verberabit terram. Imperio ſuo accelerat emittere coruſcationes iudicij ſui, & in voluntate eius tempeſtas Aquilonis, & congregatiò ſpiritus. *p* Ante faciem eius ignis vorans, & poſt eum flamma exurens. *q* In turbine, & tempeſtate viæ eius, Turbò quadrigæ eius, & nebulæ puluis pedum eius, *r* In ſplendore fulgurantis haſtæ ſuæ, & in luce ſagittarum eius, *ſ* Stellæ Cæli, & ſplendor earum, non expandent lumen ſuum, obtenebrabitur Sol in ortu ſuo, & Luna non ſplendebit in lumine ſuo. *t* In tonitruo, & commotione, in voce magna turbinis, & tempeſtatis, & flammæ deuorantis *u* in giro, *x* Spiritus Domini velut Torrens inundans ad perdendas Gentes in nihilum, *y* & erumpere faciet ſpiritum tempeſtatum. *z* Illuxerunt coruſcationes eius Orbi Terræ, vidit & commota eſt Terra, *a* & montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini, *b* Ecce enim Dominus Deus in fortitudine ſua, *c* & ſuper excelſa Terræ greſſus eius. *d* Ante faciem eius ibit mors, *e* & ab Itineribus æternitatis eius, *f* Montes confirmentur ſubtùs Eum, *g* curuabuntur Colles mundi, *h* & valles ſcindentur ſicut cera à facie ignis, & ſicut aquæ in præceps decurentes. *i* Fundamenta Montium conturbata ſunt, & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis. Ab increpatione ſua, & ab inſpiratione ſpiritus iræ ſuæ, grandò, & carbones ignis, *k* quoniam omnia pauent, *l* à Facie timoris Domini, & à Gloria Maieſtatis eius. *m* Millia millium miniſtrant ei, & decies millia centena millia aſſiſtunt ei,

n Iſa 42. 15.
o Exod. 15. 8.
p Hab. 3. 8.
q Iſa. 50. 2.
r Iſa. 44. 28.
ſ Iſa 50. 2.
t Orat. Manaſ.
u Iob. 9. 13.
x Iob. 26. 11.

n Verbo ſuo deſertos facit montes, & colles, & omne gramen eorum exiccatur. *o* à Spiritu furoris ſui, *p* Cum in mari indignatiò eius, *q* in increpatione ſua deſertum faciet illud, *r* dicet profundo eius, *Deſolare, & flumina tua areſaciam*, *ſ* ponet autem ea in ſiccum, & Piſces morientur in ſiti, *t* quoniam importabilis eſt magnificentia Gloriæ ſuæ, & inſuſtentabilis ira comminationis eius: *u* Sub eo curuantur qui portant Orbem, *x*, & columnæ Cæli contremiſcunt, & pauent ad nutum eius.

§ V

Diuinæ Maieſtatis, Omnipotentia, Fortitudò, & Supremum in Omnes Homines Imperium, ac infallibilis Prouidentia.

a Ierem. 1. 10.
b 1. Reg. 15. 2.
c Heſt. 14. 12.
d Numer. 16. 14.
e Sophon 2. 11.
f Pſal. 75. 8.

a QUis ergò non timebit Te ò Rex Gentium, *b* Deus exercituum, *c* Domine Rex Deorum, *d* & Deus Spirituum vniuerſæ carnis? *e* Tu verè terribilis es, *f* & quis reſiſtet Tibi? & pro timore tuo, quis poteſt iram

tuam

ſuam dinumerare . *g* Dominus Magnus fortitudine, *h* & iuxtà voluntatem ſuam facit tàm in Virtutibus Cæli, quàm in Habitatoribus Terræ, & non eſt qui reſiſtat Manui eius . *i* In ditione eius cuncta ſunt poſita, *k* & Nemò dicet ei , Quid feciſti? *l* Montes commoti ſunt ab eo, & Colles deſolati ſunt , & contremuit Orbis, & omnes Habitantes in eo; *m* Omnes Habitatores Terræ apud eum in nihilum reputati ſunt, *n* & Gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ computatę ſunt ei, *o* Domine Deus meus, Sanctę meus, *p* Fortis Iſrael *q* Qui aſcendis ſuper Cherubim , & volas ſuper pennas ventorum , *r* Qui facis Angelos tuos Spiritus, & Miniſtros tuos ignem vrentem, *ſ* Numquid non à principio , *t* terribiliter magnificatus es, *u* magnificatus es vehementer? *x* Non eſt Tibi impoſſibile omne Verbum, *y* nec difficile . *z* Omnia quæ in Cælo ſunt, & quæ in Terra, tua ſunt, *a* & Potentia magna tui Domine ſolius. *b* In manu tua magnitudò, & Imperium vniuerſorum : *c* Tabeſcet militia Cælorum ; *d* commouebitur Terra, & non ſuſtinebunt Gentes comminationem tuam, tabeſcent , & lugebunt Omnes habitantes in ea , *e* & induentur ſtupore *f* Sileat igitur omnis carò à facie Domini, *g* & commoueantur omnes inhabitantes Orbem ; *h* quia Dominus Omnipotens Nomen eius, *i* decreuit , & & Quis poterit infirmare? Manus eius extenta , Quis auertet eam? *k* Conſilium eius ſtabit , voluntas eius fiet, *l* & contrà eum non eſt Sapientia, non eſt Prudentia. *m* Si fortitudò quæritur robuſtiſſimus eſt, & ſi repentè interroget, Quis reſpondebit ei , & loquetur verbis ſuis cum eo? *n* Commouebit Cælum , & Terram, & Mare, & Aridam, & mouebit omnes Gentes . *o* Comminabitur , & quis funditus non contereturà Facie ipſius, & à gloria Virtutis eius ? Tonabit, Quis non pauebit, *p* & ante faciem indignationis eius quis ſtabit, vel quis reſiſtet in ira furoris eius? *q* Immittet mala, & quis repellet ea? mittentur, & non reuertentur ; donec veniant ſuper Terram, *r* & faciant Verbum illius. *ſ* Exibit ignis ex iracundia illius, & Quis extinguet eum? *t* ardebit vſque ad Inferni nouiſſima , *u* & non extinguetur, donec fundamenta Terræ conſumat . Fortis eſt Dextera eius, & ſecundùm magnitudinem Brachij ſui immittit ſagittas ſuas, & non defficient, cum cęperint mitti in fines Terræ, *x* Numquid enim reuertetur furor Domini, vſque dùm faciat , & vſque dùm compleat cogitationem Cordis ſui? *y* Cogitationes cordis eius vſque in Generationem , & Generationem, *z* & Quemadmodum non redit ſagitta miſſa à valido Sagittario, ſic non reuertentur Mala, quæ ab Ipſo fuerint miſſa ſuper terram. *a* Quis eſt enim iſte qui dixit, vt fieret, aut non, Domino non iubente? *b* Væh Genti Peccatrici, *c* Congregabis ſuper eos Mala, ſagittas ſuas complebit in eis, *d* & iter impiorum , Ruinæ . *e* Ecce turbò dominicæ indignationis , vt tempeſtas , erumpens ſuper

caput

g *Nahum.* 1. 3.
h *Dan.* 4. 32.
i *Heſt.* 13. 9.
k *Sap.* 12. 12.
l *Nahum.* 1. 5.
m *Dan.* 4. 32.
n *Iſa.* 40. 15.
o *Haba.* 1. 12.
p *Iſa.* [illegible]. 24.
q *Pſal.* 17. 11.
r *Pſal.* 103. 4.
ſ *Haba.* 1. 12.
t *Pſal.* 138. 14.
u *Pſal.* 103. 1.
x *Luc.* 1. 37.
y *Ierem.* 32. 27.
z 1. *Paralip.* 29. 11.
a *Eccleſ.* 3. 21.
b 1. *Paralip.* 29. 12.
c *Iſa.* 34. 4.
d *Ierem.* 10. 10.
e *Ezech.* 26. 16.
f *Zachar.* 2. 13.
g *Pſal.* 32. 8.
h *Exod.* 15. 3.
i *Iſa.* 14. 23.
k *Iſa.* 46. 10.
l
m *Iob.* 9. 19.
n *Agga.* 2. 8.
o 4. *Eſd.* 16. 11.
p *Nahum.* 1. 6.
q 4. *Eſdr.* 16. 8.
r *Pſal.* 148. 8.
ſ 4. *Eſdr.* 16. 13.
t *Deuter.* 32. 23.
u 4. *Eſd.* 16. 15.
x *Ierem.* 23. 10.
y *Pſal.* 32. 11.
z 3. *Eſdr.* 16. 16.
a *Thren.* 3. 37.
b *Iſa.* 1. 4.
c *Deut.* 32. 23.
d *Soph.* 1. 3.
e *Ierem.* 23. 19.

caput eorum veniet, *ſ* & tamquam procella ruens, in capite
ipſoru n requieſcet, *g* & non erit qui eripiat, neque qui ſaluum
faciat, *h* Dominus enim Deus, omnium Creator eſt, *i* Domi-
nus Totius totius Creaturæ; *k* Poteſtatem habens omnes Carnis,
l & Flatum eius in Manu ſua. *m* Sedet ſuper gyrum Terræ, &
Habitatores eius, quaſi lucuſtæ. Omnes Inſulæ eius, quaſi
puluis exiguus, quaſi nihilum, & inane, reputatæ ſunt ei. Li-
banus non ſufficiet ad ſuccendendum, & Animalia illius, non ſuf-
ficient ad Holocauſtum. *n* Omnia Excelſa eius, *o* Et Cęlum, &
Cęli cęlorum, Abyſſus, *p* & vniuerſus Orbis Terrarum, tam-
quam momentum ſtateræ, ante Eum, & tamquam Gutta ro-
ris antelucani, quæ deſcendit in Terram; *q* Excelſior Cœlo eſt,
& ſuper verticem Stellarum, ſublimatur, *r* Dominans in
Virtute ſua in æternum, *ſ* Terribilis atque Laudabilis. *t* Sa-
piens eſt, & fortis Corde. *u* Deus æmulator, & vlciſcens,
Dominus, vlciſcens Dominus, & habens furorem, vlciſcens
Dominus in Hoſtes ſuos, & ipſe iraſcens Inimicis ſuis, *x* & non
eſt Qui reſiſtat Manui eius. *y* Æffundit deſpectionem ſuper
Principes, *z* & de Regibus triumphabit *a* Circumdabit eos ca-
lix dexteræ Domini, vomitus ignominiæ ſuper gloriam eorum,
b & Tyranni, ridiculi eius erunt. *c* An non in manu eius Impe-
rium vniuerſorum? *d* Quis Deus magnus ſicut Deus noſter,
e qui in Altis habitat, *f* & oculi eius ſuper Gentes reſpiciunt
g Rex Magnus ſuper omnem Terram, *h* Rex Regum, & Do-
minus Dominantium, *i* Princeps Principum, & Princeps for-
titudinis. *k* Subuertit ſolium Regnorum, *l* & Transfert Regna
de Gente in Gentem, & de Populo ad Populum alterum. *m*
Diſſoluit Balteum Regum, & præcingit fune renes eorum, *n*
& eorum pedes, catenis vincit paupertatis *o*. Reſpicit Terram, &
facit eam tremere *p* ad excutiendos impios ex ea. *q* Aſpicit
Gentes, & diſſoluit eas, *r* & Terminos Populorum ſubuertit,
ſ in momento. *t* In fortitudine manus ſuæ, facit hæc, Domina-
tor Dominus, *u* & Quis dicet ei, *quare feciſti?* *x* Si omnia ſubuer-
terit *y* in nutu oculorum, *z* vel ſi in vnum omnia coarctauerit,
a quis audebit ſtare contra iudicium ſuum, aut quis veniet in
conſpectu ſuo Vindex Hominum, quos ſubuerterit in ira ſua?
Si perierint Nationes Orbis, neque Rex, neque Tyranus, in-
quirent de his, quos perdere voluerit, *b* nec alios ſtare faciente
pro his, quos diſperſerit, *c* Qui firmat Terram, & quæ germi-
nant ex ea, Qui dat flatum Populo qui eſt ſuper eam, & ſpi-
ritum Calcantibus eam; *d* Domini eſt Regnum, & ipſe domi-
nabitur Gentium, *e* Deus ſolus, & glorioſus ſuper Orbem
Terrarum. *ſ* Quaſi lutum figuli in manu ſua, Omnis Homo,
& omnes Viæ noſtræ ſecundùm diſpoſitionem illius Qui
fecit nos. *g* Bona, & mala, Vita & mors, Paupertas, & hone-
ſtas in manu eius. *h* Ipſe ditat, & pauperem facit, humiliat, &

ſub-

f *Ier.* 30. 24.
g *Pſal.* 72.
h 2. *Macab.* 1. 24.
i *Iudit.* 9. 17.
k *Dan.* 5. 23.
l *Dan.* 14. 24.
m *Iſa.* 40. 22.
n *Pſal.* 41. 8.
o *Eccl.* 16.
p *Sap.* 11. 23.
q *Iob.* 22. 12.
r *Pſal.* 65. 7.
ſ *Exod.* 15. 11.
t *Iob.* 9. 4.
u *Nah.* 1. 2.
x *Dan.* 14. 24.
y *Iob.* 9. 4.
z *Haba.* 1. 10.
a *Habac.* 2. 16.
b *Habac.* 1. 10.
c 1. *Paralip.* 29. 12.
d *Pſal.* 76. 14.
e *Pſal.* 112. 5.
f *Pſal.* 65. 7.
g *Pſal.* 46. 3.
h *Apocal.* 19. 16.
i *Dan.* 8. 11.
k *Agg.* 2. 23.
l *Pſal.* 104. 3.
m *Iob.* 12. 18.
n *Iob.* 36. 8.
o *Pſal.* 103. 32.
p *Iob.* 38. 13.
q *Habac.* 3. 6.
r *Iſa.* 10. 13.
ſ *Thren.* 4. 6.
t *Iſa.* 10. 13.
u *Dan.* 4. 32.
x *Iob.* 11. 10.
y 2. *Macab.* 8. 18.
z *Iob.* 11. 10.
a *Sap.* 12. 12.
b *Iob.* 34. 24.
c *Iſa.* 42. 5.
d *Pſal.* 21. 29.
e *Dan.* 3. 45.
f *Eccleſ.* 33. 13.
g *Eccl.* 11. 14.
h 1. *Reg.* 2. 7.

ſubleuat, mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit, *i* deponit Potentes de ſede, *k* & Reges in ſolio collocat, *l* ſuſcitans de puluere egenum, vt ſedeat cum Principibus, & ſolium Gloriæ teneat. *m* Apud ipſum eſt ſapientia, & Fortitudò, *n* & Nullus ſimilis illi in Legiſlatoribus, *o* Vniuerſa propter ſe metipſum operatur, impium quoque ad diem malum, *p* & ſecundùm propoſitum Voluntatis ſuæ, *q* multiplicat Gentes, ac perdit eas, & ſubuerſas in integrum reſtituit: *r* Magna enim, & inenarrabilia ſunt Iudicia eius, *ſ* Iudicia eius abyſſus multa, *t* & propter hoc, Indiſciplinatæ animæ errauerunt, *u* non intelligentes, *x* quod Terribilis Deus in Conſilijs ſuis, ſuper Filios Hominum, *y* vt iuſtitiam diſcant Habitatores Terræ, *z* & ſciant Omnes quod eſt Deus iudicans eos in Terra.

i *Luc.* 1. 72.
k *Iob.* 36. 7.
l 1. *Reg.* 2. 8.
m *Iob.* 12. 13.
n *Iob.* 36. 22.
o *Prouerb.* 16 4.
p *Epheſ.* 1. 5.
q *Iob.* 12. 23.
r *Sap.* 17. 1.
ſ *Pſal.* 35. 7.
t *Sap.* 17. 1.
u *Sap.* 4. 14.
x *Pſal.* 65. 5.
y *Iſa* 26. 9.
z *Pſal.* 57. 12.

§. VI.

Magnificentia, & Infinitas diuinarum Perfectionum Præſertim Diuinæ Iuſtitiæ Magnitudò ergà Potentes, ac Locupletes.

a MAgne Deus Cęlorum, & Dominus Totius Creaturæ, *b* Verè tu es Deus ſolus Omnium Regnorum Terræ, *c* & non eſt Deus alius, vt eſt Deus Rectiſſimi, *d* neque Deus fortis, ſicut tu Deus noſter, *e* ex his omnibus quos auribus noſtris audiuimus, & Patres noſtris annuntiauerunt nobis. *f* Operuit Cælos Gloria tua, & Laudis tuæ plena eſt Terra. *g* Omnia opera tua Mirabilia, Glorioſa, Abſconſa, Inuite, *h* & Exquiſita in omnes voluntates tuas. *i* Pauca vidimus operum tuorum, & multa ſunt abſcondita maiora his, *k* ac plurima ſuper ſenſum Hominum, *l* Propter hoc veſtigia tua non cognoſcentur, *m* & vſque ad Perfectum, Omnipotentem quis reperiet? *n* Benedicite Gentes Deum noſtrum, *o* & laudate Deum omnes Populi. *p* Exaltate illum quantum poteſtis, quia Maior eſt omni laude. Exaltantes eum replemini Virtute, nec laboretis, non enim compræhendetis; Quis enim videbit eum, & enarrabit, & quis magnificabit eum, ſicut eſt ab initio? Multa dicemus, & defficiemus in verbis, conſumatiò autem Sermonum, ipſe eſt in Omnibus. Gloriantes ad quid valebimus? Ipſe enim Omnipotens ſuper Omnia opera ſua, *q* & Magnus vehementes. Mirabilis Potentia ipſius, & admirabilis Magnificentia eius. *r* Cor Regum in manu Domini, & quòcumque voluerit, inclinabit illud *ſ* Aufert Deus ſpiritum Principum, *t* & immutat Corda eorum. Adducit Conſiliarios in ſtultum finem, & Iudices in ſtuporem, decipiens eos, vt fruſtrà incedant per inuium, & palpent quaſi in tenebris, & non in luce,

a *Iudith* 9. 14.
b *Iſa.* 37. 16.
c *Deut.* 33 26.
d 1. *Reg.* 2. 2.
e *Pſal.* 43. 1.
f *Habac.* 3. 3.
g *Eccleſ.* 11 4.
h *Pſal.* 110. 2.
i *Eccleſ.* 43. 36.
k *Eccleſ.* 3 25.
l *Pſal.* 76. 20.
m *Iob* 11 7.
n *Pſal.* 65. 8.
o *Pſal* 106. 1.
p *Eccleſ.* 43.
q *Eccleſ* 39. 20.
r *Prouerb* 12 24.
ſ *Pſal.* 75. 13.
t *Iob.* 12. 25.

& er-

u *Iſa.* 51. 21.
x *Pſal.* 32 10.
y *Iſa.* 44 25.
z *Eccleſ.* 1. 18.

a *Eccleſ.* 18. 1.
b *Eccleſ.* 1 18.
c *Pſal.* 97. 9.
d *Iob.* 12. 24.
e *Pſal.* 9. 5.
f *Iob.* 34 19.
g *Oſa.* 5. 10.
h *Ezech.* 7. 27.
i *Pſal.* 7 12
k *Pſal.* 32 16.
l *Amos.* 5 10.
m *Zach* 10. 5.
n *Agga.* 2. 23.
o *Amos.* 2. 14.

& errare eos faciens quaſi ebrios, *u* & non à vino. *x* Reprobat cogitationes Populorum, & diſſipat conſilia Gentium, *y* irrita faciens ſigna Diuinorum, & Ariolos in furorem conuertens. *z* Ipſe autem ſedens ſuper Thronum ſapientiæ ſuæ Rex potens, *a* Inuictus, *b* & metuendus nimis, *c* iudicat Orbem terræ in iuſtitia, & Populos in æquitate *d* Iudicat excelſos, *e* & Iuſtitias, *f* non reſpiciens Perſonas hominum, nec accipiens Perſonas Principum, Opus enim manuum eius ſunt vniuerſi, Dicit Regi Apoſtata, & vocat Duces Impios, *g* effundens ſuper eos quaſi aquam iram ſuam, *h* ſecundùm Viam eorum faciens eis, & ſecundùm Iudicia eorum iudicans eos, vt ſciant, quia ipſe Dominus *i* Iudex fortis, & iuſtus. *k* Non ſaluabitur Rex per multam virtutem, neque Gygas in multitudine fortitudinis ſuæ, *l* confundentur autem Aſcenſores equorum, *m* & ſubuertet Dominus quadrigam, & Aſcenſorem eius. *n* Peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem ſuam, *o* & Robuſtus non ſaluabit animam ſuam, & Tenens arcum non ſtabit, & Velox pedibus ſuis non ſaluabitur, & Aſcenſor equi non ſaluabit Animam ſuam, & Robuſtus corde inter fortes.

p *Pſal* 88. 7.
q *Iudith.* 1. 4.
r *Soph.* 1. 17.

s *Deuter.* 10, 17.
t *Eccleſ.* 10 13.
u *Pſal.* 48. 15.
x *Luc.* 12. 28.

p In multitudine diuitiarum ſuarum qui gloriantur *q* quaſi Potentes, *r* ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt, & effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora, ſed & argentum eorum, & aurum eorum, Non poterit liberare eos in die iræ Domini, *s* (qui Munera non accipit,) *t* ſed hæreditabunt ſerpentes, & beſtias, & vermes, *u* & Gloria eorum in Inferno veteraſcet: *x* Ea autem quæ parauerunt, cuius erunt?

§. VII.

Sanctitas Diuinæ voluntatis, Diuinæ mentis ſuper omnes Homines Attentiò, & Immenſitas Diuinæ eſſentiæ.

a *Pſal.* 7. 2.
b *Pſal.* 21. 4.
c *Pſal.* 76 14.
d *Haba.* 1. 13.
e 1. *Theſſal.* 4. 6.
f *Iob.* 40. 7.
g *Iſa.* 22 11.
h *Pſal.* 48 20.
i *Soph* 1. 12.
k *Ezech.* 7. 3.
l *Pſal.* 74. 3.
m *Iſa.* 64. 6.
n *Iob* 22. 4.
o *Iob.* 9. 3.

a DOmine Deus meus, *b* laus Iſrael, Tu in Sancto habitas, *c* & in SANCTO Via tua, *d* & Mundi ſunt Oculi tui ne videant malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris, *e* ſed Vindex Omnium in æquitate, *f* reſpicies cunctos ſuperbos, & confundes eos. Conteres impios in loco ſuo, & abſcondes eos in puluere ſimul, & Facies eorum demerges, *g* vt non videant gloriam Domini, *h* neque Lumen in ſempiternum. *i* Scrutaberis Ieruſalem in lucernis, *k* iudicans nos iuxtà vias noſtras, & ponens contrà nos, omnes abhominationes noſtras. *l* Etiam Iuſtitias noſtras iudicabis, (*m* omnes enim iuſtitiæ noſtræ quaſi pannus Menſtruatæ,) *n* nec Timens argues quempiam. *o* Si quis voluerit Tecum contendere,

non

non poterit reſpondere vnum pro mille ; *p* ſi voluerit ſe ipſum iuſtificare, os ſuum condemnabit eum. *q* Nemò iuſtificabitur comparatus Deo. *r* Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit Prauitatem ; quantò magis Qui habitant Domus luteas, & Qui terrenum habent fundamentum. *ſ* Inter ſanctos eius, nemò immutabilis, & Cęli non ſunt mundi in conſpectu eius, quantò magis abhominabilis, & inutilis homò, qui bibit quaſi aquam iniquitatem. *t* Nemò immunis à ſorde, neque Infans, cuius vita vnius Diei ſuper terram. *u* Omnis homò mendax, *x* nec eſt qui faciat Bonum, non eſt vſque ad vnum : *y* Ipſe verò nouit Hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nonne conſiderat ? *z* Quis abſcondetur à Facie ſua, *a* vel quò à Facie ſua fugiet, *b* ne reuelentur iniquitates eius, *c* & in operibus manuum ſuarum ne comprehendatur? *d Cœlum & Terram egò impleò*, dicit Dominus, *e* nec erit fuga. Fugient, & non ſaluabitur ex eis, qui ſugerint. *f* Si deſcenderint vſque ad infernum, illic eſt, *g* ſi aſcenderint vſque in Cœlum, *h* & firmauerint in excelſo Robur ſuum, *i* ſi exaltati fuerint ſicut Aquila, & inter ſydera ſi poſuerint Nidum ſuum, inde detrahet eos, *k* Qui menſus eſt pugillo aquas, & cęlos palmo ponderauit. *l* Excelſior cœlo, profundior inferno, latior mari, & Longior terra, menſura eius. *m* Non dicas, *à Deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memorabitur?* *n* Putaſne Deus è vicino tantùm, & non Deus ipſe de longè? & ſi occultabitur vir in abſconditis, an non videbit eum? *o* Non ſunt tenebræ, & non eſt vmbra mortis, vt abſcondantur ibi, Qui operantur iniquitatem. *p* Hoſtia tenebroſa, *q* Lapidem caliginis, & Vmbram mortis Deus conſiderat, *r* Viam lucis, & tenebrarum obſeruat, *ſ* & nox ſicut dies illuminabitur, *t* ante Faciem Domini. *u* Infernus quoque, & perditiò, nudus eſt coram eo. *x* Lux ſecum eſt, *y* & oculi ipſius multò plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias Hominum, Profundum Abyſſi, & Hominum corda intuentes, in abſconditas partes, *z* ità vt cognoſcantur, etiam in tenebris Conſtituti.

p *Iob*. 9. 20.
q *Iob*. 25. 4.
r *Iob* 4. 18.
ſ *Iob*. 15. 15.
t *Iob*. 25.
u *Pſal*. 115. 2.
x *Pſal*. 13 3.
y *Iob*. 11. 11.
z *Gen*. 4. 14.
a *Pſal*. 138. 7.
b *Oſea*. 7. 1.
c *Pſal*. 9. 17.
d *Ierem*. 23 24.
e *Amos*. 9. 1.
f *Pſal* 138. 7.
g *Amos*. 9. 2.
h *Ierem*. 51. 53.
i *Abd*. 1. 4.
k *Iſa*. 40. 12.
l *Iob*. 11. 8.
m *Eccleſ*. 16. 16.
n *Ierem*. 23. 24.
o *Iob*. 34. 22.
p *Iob*. 38. 17.
q *Iob*. 28. 3.
r *Iob*. 38. 19.
ſ *Pſal*. 138. 12.
t *Luc*. 1. 75.
u *Prouerb*. 15. 11.
x *Dan* 2. 22.
y *Eccleſ*. 23. 28.
z *Dan*. 2. 22.

§. VIII.

Altitudò, Vaſtitas, & Profunditas Sapientiæ, ac Scientiæ Dei.

a Nvmquid ergò Deum docebit quiſpiam ; *b* aut ei numquid homò poterit comparari, etiam ſi perfectæ fuerit ſcientiæ? *c* Ecce Deus Magnus vincens ſcientiam noſtram, *d* nec eſt inueſtigatiò ſapientiæ eius, *e* neque numerus. *f* Deus ſcientiarum Dominus, *g* Dux ſapientiæ, & Sapientum emen-

a *Iob*. 21. 21.
b *Iob*. 22. 2.
c *Iob*. 36. 26.
d *Iſa*. 40. 28.
e *Pſal*. 146. 5.
f 1. *Reg*. 2. 3.
g *Sap*. 7. 15.

h *Ecclef.* 1. 5.
i *Ibid.* 9.
k *Ibid.* 1.
l *Ibid.* 10.
m *Pſal.* 103. 24.
n *Sap.* 1. 7.
o *Ibid.* 11.
p *Ibid.* 10.
q *Sap.* 7. 23.
r *Ezech.* 28. 3.
ſ *Sap.* 8. 1.
t *Hebr.* 4. 12.
u *Sap.* 1. 8.
x *Pſal.* 93. 10.
y 1. *Paralip.* 28. 9.
z *Pſal.* 138. 3.
a *Iſa.* 41. 4.
b *Iſa* 46. 10.
c *Dan.* 13 42.
d *Iob.* 28 3.
e *Eccleſ* 36. 19.
f 1. *Reg* 2 3.
g *Hebr.* 4 13.
h *Eccleſ.* 23. 29.
i *Pſal.* 67. 36.
k *Pſal* 138. 6.
l *Sap.* 2 1.
m *Pſal.* 72 11.
n *Iob* 22 13.
o *Pſal* 93. 3.
p *Sap.* 7 16.
q *Pſal.* 99. 3.
r *Sap* 7 24.
ſ *Pſal.* 7. 10.
t *Iob.* 12. 22.
u *Eccleſ.* 12. 14.
x *Iob.* 34. 11.

emendator ipſe eſt, *h* Fons antem Sapientiæ, Verbum Domini in Excelſis, *i* & creauit eam Deus in Spiritu Santo. *k* Omnis Sapientia à Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt, ante æuum. Poſſedit illam in initio viarum ſuarum, antequàm quidquàm faceret à principio, *l* & effudit eam ſuper Omnia opera ſua, & ſuper omnem Carnem, *m* Omnia enim in Sapientia ſunt facta. *n* Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet Omnia, ſcientiam habet vocis. *o* Sermò obſcurus non ibit in vacuum, *p* & tumultus murmurationum, non abſcondetur; *q* Capit enim omnes ſpiritus, *r* & ſecretum non eſt abſconditum ab eo. *ſ* Attingit à fine vſque ad finem, *t* diſcretor cogitationum cordis, & intentionum: *u* Propter hoc, qui loquitur iniqua, non poteſt eum latere, *x* Qui docet Hominem ſcientiam, *y* & vniuerſas mentium cogitationes intelligit, *z* etiam de longè, *a* Qui vocat Generationes, *b* & annuntiat Nouiſſima, ab exordio, *c* & ab initio antequàm fiant, *d* Cognitor vniuerſorum, *e* & ſæculorum Conſpector. *f* Ipſi reuelantur cogitationes, *g* & nulla creatura inuiſibilis eſt in conſpectu eius. *h* Domino Deo antequàm crearentur, omnia ſunt cognita, ſic & poſt perfectum reſpicit omnia. *i* Mirabilis Deus, *k* & mirabilis ſcientia tua. *l* Verumtamen dixerunt Impij, cogitantes apud ſe non rectè, *m Quomodò ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in Excelſo. n Nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat. Circà cardines cœli perambulat, & quaſi per caliginem iudicat. o* Sed vſquequò Peccatores Domine, vſquequò, gloriabuntur, effabuntur, & loquentur iniquitatem? Intelligite inſipientes in Populis, & ſtulti aliquandò ſapite. Qui plantauit aurem non audiet? Qui finxit oculum non conſiderat, & Qui corripit Gentes non arguet? *p* Nos, & omnes ſermones noſtri, & omnis Sapientia, & operum ſcientia, & diſciplina in manu Domini, *q* quia Ipſe fecit nos, & non ipſi nos; *r* Attingit vbique, *ſ* ſcrutans renes, & corda *t* Reuelat de tenebris Profunda, adducens vmbram mortis in lucem, *u* & cuncta quæ fiunt in Iudicium, *x* vt opus Hominis reddat ei, & iuxtà vias Singulorum, reſtituat.

§ IX.

Libertas Humani Arbitrij. Diuinæ Legis præſtantia. Supremi Numinis æquitas, & grauiſſima eiuſdem in Peccatores omnes animaduerſiò.

a *Prouerb.* 9. 12.
b *Iob.* 7. 1.
c *Iacob.* 1. 13.

a PRropter hoc, qui Sapiens fuerit, ſibi metipſi erit, qui autem illuſor, ſolus portabit malum. *b* Tentatiò eſt vita Hominis ſuper terram; *c* Nemò tamen dicat cùm tentatur, *Quoniam à Deo tentatur*. Tentatur Vnuſquiſque à concupiſ-

cupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Deus intentator Malorum eſt, Ipſe autem neminem tentat, *d* neque Vlli mandauit impiè agere, aut ſpatium dedit peccandi; ſed *e* Legem ſtatuit, & *f* *Attendite*, dixit, *ab omni iniquo*, & creauit Omnibus ſcientiam Spiritus, Senſu implens Cor omnium, Bona, & Mala oſtendens illis, *g* & relinquens eos in manu Conſilij ſui, *h* ac mandans Omnibus iuſtitiam Teſtimonia ſua, *i* vt ſeruiamus ei in Sanctitate, & Iuſtitia, omnibus diebus noſtris, *k* & ſimus perfecti & integri in omnibus: *l* filiorum enim infidelium multitudinem non concupiſcit, *m* ſed glorificatur in conſilio Sanctorum, *n* & Voluntas eius Sanctificatiò noſtra, *o* quia SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS, *p* Dominus Deus Virtutum. *q* Omnes Viæ eius pulchræ, & Semitę eius pacificæ. *r* Lex Domini Lux eſt, & Mandatum eius Lucerna. *ſ* Veritas, *t* & Immaculata, & Conuertens animas. Præceptum Domini lucidum & illuminans oculos, *u* Intellectum dans Paruulis, *x* & oſtendens Opus legis ſcriptum in cordibus. *y* Multi dicunt, *Quis oſtendit nobis Bona?* Signatum eſt ſuper Nos lumen Vultus tui Domine, *z* vt reddat Nobis teſtimonium Conſcientia noſtra, & Quæ Legis ſunt naturaliter Bona, faciamus Propterea, Qui ſine lege peccabunt, ſine lege peribunt: & Quicumque in lege peccauerunt per legem iudicabuntur; Non enim Auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed Factores legis, ipſi iuſtificabuntur? *a* Quia Dominus Iudicij Deus, *b* & reddet Vnicuique ſecundùm facta manuum eius, *c* Malos malè perdens, *d* & reddens iniquitatem Patrum in ſinum Filiorum eorum poſt eos: *e* Iuſto autem retribuens ſecundùm Iuſtiam eius, *f* & faciens Miſericordiam Iis, qui diligunt Eum, & cuſtodiunt Iudicia ſua, *g* non enim fruſtrà condemnat, nec ſubtrahit Iudicium, cum ſciat decipientem, & qui decipitur, *h* neque vllius reueretur Magnitudinem, quia Puſillum & Magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de Omnibus, *i* ac in Manu eius Anima omnis Viuentis, & Spiritus vniuerſæ Carnis. *k* Similiter itaque Deo odio ſunt Impius, & Impietas eius, *l* & omnes peccatores diſperdet, *m* reddens ſtatim eis, *n* Lamentationes, Carmen, & Væ, *o* vt fructus adinuentionum ſuarum comedant, *p* & ſciant Omnes qui habitant Terram, *q* quoniam nouit Dominus Viam iuſtorum, & Iter impiorum peribit *r* Vaſtitas & Contritiò in Vijs eorum, *ſ* & non recedet malum de domo ipſorum *t* Non reſugent impij in Iudicio, neque peccatores in Concilio iuſtorum, *u* ſed ignis, ſulfur, & Spiritus procellarum pars Calicis eorum, *x* & erunt Omnes ſuperbi, ac facientes iniquitatem, ſtipulæ, *y* & deuorabit eos ignis. *z* Dolore replebuntur, & Calice mæroris, ac triſtitię, & bibent illum, & potabunt vſque ad fæces, *a* vt inebrientur vino furoris Domini. *b* Immittet iram indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem, & immiſſiones per angelos malos.

d *Eccleſ.* 15. 21.
e *Pſal* 24. 12.
f *Eccleſ.* 17. 11.
g *Eccleſ.* 15. 14.
h *Pſal.* 118. 138.
i *Luc.* 1. 75.
k *Iacob.* 1. 4.
l *Eccleſ.* 15. 22.
m *Pſal* 88. 8.
n 1. *Theſſal.* 4. 3.
o *Iſa.* 6. 3.
p *Pſal.* 79. 5.
q *Prouerb* 3. 23.
r *Prouerb.* 6. 23.
ſ *Pſal.* 118. 142.
t *Pſal.* 18. 8.
u *Pſal.* 118. 130.
x *Rom.* 2. 15.
y *Pſal.* 4. 6.
z *Rom.* 2.
a *Iſa.* 30. 18.
b *Ierem* 25. 24.
c *Luc.* 28. 16.
d *Ierem* 32.
e *Pſal.* 17. 26.
f *Exod.* 20. 6.
g *Iob.* 12. 16.
h *Sap* 6. 8.
i *Iob.* 12. 10.
k *Sap* 14. 9.
l *Pſal.* 144. 20.
m *Deut.* 7. 10.
n *Ezech.* 2. 9.
o *Iſa.* 3. 10.
p *Eccleſ.* 36. 19.
q *Pſal.* 1. 6.
r *Iſa* 59. 8.
ſ *Prouerb.* 17. 13.
t *Pſalm.* 1. 5.
u *Pſal* 10. 7.
x *Malac.* 4. 1.
y *Pſal* 20. 10.
z *Ezech.* 23. 33.
a *Ierem* 25. 15.
b *Pſal.* 77. 49.

c Pſal. 34. 6.
d Pſal. 17. 39.
e Prouerb. 31. 18.
f Prouerb. 1. 27.
g Pſal. 21. 12.
h Mich. 3. 4.
i Pſal. 111. 10.
k Pſal. 33. 22.
l Eccleſ. 7. 14.
m Eccleſ 40. 12.
n Ezech. 14. 8.
o Soph. 1. 12.
p Eccleſ. 41. 12.
q Eccleſ 41. 12.
r Eccleſ. 39. 33.
ſ Prouerb. 1. 27.
t Iſa. 48. 17.
u Ioan 3. 16.
x Sap. 11 27.
y 1. Thimo. 2. 4.
z Ezech. 33. 11.
a Mat. 22. 32.
b Sap. 1. 13.
c Rom. 5. 12.

c Perſequentur eos, & coarctabunt in tenebris, & in lubrico, *d* nec poterunt ſtare, *e* Extinguetur lucerna eorum in nocte, *f* & ſuperueniet eis repentina calamitas, *g* & non erit qui adiuuet. *h* Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos, ſed abſcondet Faciem ſuam ab eis, *i* & deſiderium eorum peribit. *k* Ità mors peccatorum peſſima, *l* Quis enim poteſt corrigere quem Deus deſpexerit? *m*. Væ Vobis qui relinquitis legem Domini; *n* Ponet faciem ſuam ſuper vos, *o* & viſitabit vos defixos in Fæcibus, & erit fortitudò veſtra in direptionem, Domus veſtræ in deſertum, *p* & in maledictione Pars veſtra; *q* Mors, Sanguinis, Contentiò, & Romphæa, Oppreſſiones, Fames, & Contritiò, & Flagella, ſuper iniquos creata ſunt hæc omnia. *r* Sunt etiam Spiritus, qui ad vindictam creati ſunt, & in furore ſuo, confirmauerunt tormenta ſua: in tempore conſumationis, effundent virtutem, & furorem eius, qui fecit illos, placabunt. *ſ* Clamabitis ad eum, & non exaudiet vos, Sed in interitu veſtro ridebit, quandò venerit ſuper vos tribulatiò & anguſtia, eò quod exoſam habueritis diſciplinam, & timorem Domini non ſuſceperitis, non aquieſcentes Conſilio eius, & detrahentes vniuerſæ correptioni illius, *t* Qui docet nos Vtilia, *u* vt vitam habeamus per eum, *x* diligit enim Animas, *y* & omnes homines vult ſaluos fieri, *z* nolens mortem impiorum, ſed vt magis conuertantur, & viuant, *a* quia non Mortuorum, ſed Viuentium eſt Deus. *b* Mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum; Creauit omnia vt eſſent, & ſanabiles fecit Nationes orbis Terrarum, & non eſt illis Medicamentum exterminij, nec inferorum Regnum in Terra, ſed Impij manibus, & verbis, mortem accerſierunt, *c* & ità intrauit in Mundum per peccatum.

§. X.

Longanimitas Dei, & Miſericordia. Humanæ voluntatis infirmitas, & imbecillitas. Diuinæ Gratiæ effectus, & præmium; ſcilicet Gloria æterna.

a Ierem. 2. 32.
b Iſa 49. 15.
c Pſal 76. 10.
d Iſa 30. 18.
e Sap 12. 10.
f Eccleſ. 18. 9.

a NVmquid tamen obliuiſcetur Virgò ornamenti ſui, aut Sponſa faſciæ pectoralis ſuæ? *b* Numquid poteſt obliuiſci Mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? At ſi illa fuerit oblita, *c* non obliuiſcetur miſereri Deus, nec continebit in ira ſua miſericordias ſuas. *d* Expectat nos, vt miſereatur noſtri, & parcat nobis, *e* & indicat dans locum pænitentiæ, *f* effundens ſuper nos miſericordiam ſuam

g & peccata remittens in die Tribulationis, *b* ac diſſimulans ea, propter Pænitentiam, *i* quia Bonus Dominus, *k* & Pęnitentium Deus, *l* Dominus Iudex noſter, Dominus Legifer noſter, & Rex noſter, & Ipſe ſaluabit nos, *m* quia Deus ſaluos faciendi Ipſe eſt, *n* & non eſt Deus ſaluans pręter eum. *o* Verè Domini eſt ſalus, *p* & ecce nos venimus ad Te, Tu enim es Dominus Deus noſter, *q* Diues in miſericordia, *r* & miſereris Omnium, *ſ* Quoniam Tui ſumus *t* & Redemptor noſter Tu es, *u* Immenſa verò, & inueſtigabilis Miſericordia Promiſſionis tuæ, quoniam Tu es Dominus, Altiſſimus, Benignus, Longanimis, & Multum miſericors, & Pęnitens ſuper malitias hominum. *x* Quis adiiciet enarrare miſericordiam tuam? *y* Plena eſt iuſtitia dextera tua, *z* miſericordia autem tua, plena eſt omnis Terra. *a* Nos quidem ſerui inutiles, etiam cum fecerimus Omnia, quæ præcepta ſunt nobis, *b* cuſtodientes mandata Tua, quæ mandaſti cuſtodiri nimis: *c* Diſponis nos nihilominus cum magna reuerentia. *d* Et tamen quid eſt Homò, & quæ eſt Gratia illius? *e* Omnis carò fænum, *f* & Filius hominis putredò, ac vermis, *g* puluis, *b* & cinis. *i* Sicut Terra ſine aqua Tibi, *k* & ſine Te nihil poſſumus. *l* Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, tamquàm ex nobis, ſed omnis noſtra ſufficientia ex Deo eſt., *m* Qui dat laſſo virtutem, & his qui non ſunt, fortitudinem, & robur multiplicat, *n* vt non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitiis ſuis, *o* ſed qui gloriatur, in Domino glorietur, *p* Quia omnia nobis operatur: *q* Operatur velle, & perficere pro bona voluntate. *r* Ex nobis tantumodò perditio noſtra, *ſ* auxilium autem noſtrum de Sancto, *t* in Quem nullus ſperauit, & confuſus eſt; Quis enim permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt, aut quis inuocauit eum, & deſpectus eſt? *u* Domine Deus veritatis *x* ſecundùm magnitudinem tuam, ſic & miſericordia tua tecum eſt, *y* & ſecundùm multitudinẽ Bonitatis tuæ; promittis pænitentiam, & remiſſionem his, *z* qui plorauerint coram Te *a* in ſalutem *b* Cogitationes tuæ antiquę fideles, amen: *c* Et miſericordiæ tuæ ſuper omnia Opera tua. *d* Suauis eſt ſpiritus tuus in omnibus, *e* & qui errant, vt Filios corrigis, atque admones de quibus peccant, Vt relicta malitia, credant in Te, *f* & conuertantur à vijs ſuis peſſimis, *g* quęrentes Faciem tuam in veritate, *b* Spiritus enim ſanctus diſciplinæ, effugiet fictum; *i* Vt guſtent, & videant „quoniam ſuauis eſt Dominus, *k* & Protector omnium ſperantium in ſe, *l* & Bonus Animæ quærenti illum. *m* Confortans in die Tribulationis, *n* & Oculi eius ſuper metuentes eum, & in eis qui ſperant ſuper Miſericordia eius, vt eruat a morte animas eorum, & alat eos in fame. *o* Multæ Tribulationes Iuſtorum, ſed de omnibus his liberabit

g *Eccleſ.* 2. 13.
h *Sap.* 11. 24.
i *Nah.* 1. 7.
k *Orat. Manaſ.*
l *Iſa.* 33. 22.
m *Pſal.* 67. 21.
n *Iſa* 45. 21.
o *Pſal.* 3. 9.
p *Ierem.* 3. 22.
q *Epheſ.* 2. 4.
r *Sap.* 11. 24.
ſ *Sap.* 15. 2.
t *Iſa.* 63. 16.
u *Orat. Manaſ.*
x *Eccleſ* 18. 3.
y *Pſal.* 47. 11.
z *Pſal.* 32. 5.
a *Luc.* 17. 10.
b *Pſal.* 118. 4.
c *Sap.* 12. 18.
d *Eccleſ.* 18. 7.
e *Iſa* 40. 6.
f *Iob* 25. 6.
g *Pſal.* 102. 14.
h *Geneſ.* 28 26.
i *Pſal.* 142. 6.
k *Ioan.* 15. 5.
l 2. *Corint.* 3 5.
m *Iſa.* 40. 29.
n *Ierem.* 9. 23.
o 1 *Corint.* 1, 31.
p *Iſa.* 26. 12.
q *Philip.* 2. 13.
r *Oſa* 13. 9.
ſ *Pſal* 19 3.
t *Eccleſ.* 2 11.
u *Pſal.* 30. 6.
x *Eccleſ.* 2. 23
y *Orat. Manaſ.*
z *Pſal.* 94 6.
a *Rom.* 1. 16.
b *Iſa* 25. 1.
c *Eccleſ.* 18 2.
d *Sap* 12. 1.
e *Sap.* 1. 2.
f *Ezech.* 33. 11.
g *Oſa* 5. 14.
h *Sap.* 1. 5.
i *Pſal.* 33. 9.
k *Pſal.* 17 31.
l *Thre.* 3. 25.
m *Nah* 1. 7.
n *Pſal* 32. 18.
o *Pſal.* 33.

eos Dominus : cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, & vnum ex his non conteretur. Redimet Deus Animas ſeruorum ſuorum, & non peribunt Omnes qui ſperant in eo. Iuxtà eſt his qui tribulato ſunt corde, & Humiles Spiritu ſaluabit, *p* propter Nomen ſuum, *q* quoniam bonum eſt. *r* Omnis, quicumque inuocauerit Nomen Domini, ſaluus erit. *ſ* Diriget manſuetos in iudicio, *t* confirmabit Iuſtos ne conterantur; Non derelinquet ſanctos ſuos qui ſperant in eo, *u* neque virgam Peccatorum, ſuper ſortem Iuſtorum, vt non extendant manus ſuas ad iniquitatem. *x* Angelis ſuis mandauit, vt cuſtodiant nos, in omnibus vijs noſtris, Ipſi autem in manibus ſuis portabunt nos; ne fortè offendat ad lapidem pes noſter, *y* ſi autem ceciderimus, ſupponit Dominus manum ſuam, ne conteramur, *z* & erigit eliſos, *a* multiplicans in anima eorum virtutem, *b* vt aſcendant, & videant Deum Deorum in Sion, *c* & habitent Recti cum vultu ſuo, *d* inebriati à Torrente voluptatis ſuæ, *e* quam abſcondit timentibus ſe. *f* Oculus non vidit, & auris non audiuit, nec in cor Hominis aſcendit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum. *g* Similes ei erimus, quia videbimus eum, *h* in quem deſiderant Angeli proſpicere, *i* ſicuti eſt, *k* ideò ſatiabimur cum apparuerit Gloria eius, *l* & Delectationes in dextera eius vſque in finem.

p *Pſal.* 22. 3.
q *Pſal.* 51. 11.
r *Rom.* 10. 3.
ſ *Pſal.* 24. 9.
t *Pſal.* 36 17.
u *Pſal.* 114 13.
x *Pſal.* 90. 11.
y *Pſal.* 36. 24.
z *Pſal.* 144. 14.
a *Pſal.* 137 3.
b *Pſal.* 83. 8.
c *Pſal.* 139 14.
d *Pſal.* 35. 9
e *Pſal.* 30. 20.
f 1. *Corint.* 2 9.
g 1. *Ioan.* 3. 2.
h 1 *Petri* 1. 12.
i 1. *Ioan.* 3 2.
k *Pſal* 16. 15.
l *Pſal.* 35. 10.

§. XI.

Diuina Benignitas ergà Homines. Miſerrima horum conditiò. Diuini Verbi efficacia. Ineffabilis Prædeſtinationis Infallibilitas, & Horrendum Reprobationis Arcanum.

a DOmine Deus Pacis, & Dilectionis, *b* Deus Spei, & Solatij, *c* Pater Miſericordiarum, & Deus Totius conſolationis, *d* quàm magna multitudò dulcedinis tuæ, *e* & miſericordiæ tuæ, *f* qui ſaluos facis ſperantes in Te, *g* & pro nihilo ſaluos facis illos *h* Timentis Dominum verè beata eſt anima illius, nihil trepidabit, & non pauebit, quoniam Ipſe eſt Spes eius Oculi Domini ſuper timentes eum. Protector Potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & vmbraculum Meridiani, deprecatiò offenſionis, & adiutorium caſus *i* exaltans animam, & illuminans oculos, dans ſanitatem, & vitam, & Benedictionem. *i* Attendat Terra, & plenitudò eius, *k* quàm ſuauis, & mitis, *l* quàm dulcis, *m* & Pius, *n* quàm Bonus, *o* & Sanctus Dominus. *p* Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in illo. *q* Diligentes ſe diligit

a 2. *Corint.* 13. 11
b *Rom.* 15 33.
c 2. *Corinth.* 1. 3.
d *Pſal.* 30. 20.
e *Pſal.* 5. 8.
f *Pſal.* 16. 7.
g *Pſal.* 55. 8.
h *Eccleſ.* 34. 16.
i *Mich.* 1. 2.
k *Pſal* 85 5.
l *Pſal* 24. 8.
m *Eccleſ* 2. 13.
n *Pſal.* 72. 1.
o *Eccleſ* 48. 22.
p 1. *Ioan.* 4 16.
q *Prouer.* 8. 17.

ligit, *r* & Oculi ipſius in eos, qui diligunt Illum, *ſ* Delitiæ eius eſſe cum Filijs Hominum, *t* & dedit eis Filios Dei fieri, *u* & Filios Excelſi, omnes, *x* his qui credunt in Nomine eius, *y* auferens iniquitatem, *z* & delens peccata eorum ſicut nebulam, *a* quoniam bonus, & in æternum miſericordia eius. *b* Verè ipſe Deus noſter, *c* & non æſtimabitur alius aduerſus eum. *d* Miſerator & miſericors Dominus, Propitius, Clemens, Longanimis, & Multæ miſerationis, *e* & in miſericordia diſponens omnia. *f* Noui diluculò, &, *Pars mea Dominus*, dixit Anima mea, propterea expectabò eum, *g* qui redimet in pace animam meam, *h* Salutare vultus mei, & Deus meus. *i* Verumtamen in imagine tranſit homò, *k* vanitati ſimilis factus. *l* Breui viuens tempore, repletur multis miſerijs. Egreditur quaſi flos, & conteritur. Fugit velut vmbra, & numquam in eodem ſtatu permanet. *m* Tu autem dignum ducens ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, *n* viſitas eum diluculò, & ſubitò probas illum, & apponis ergà eum cor tuum. *o* At numquid oculi carnei tibi ſunt, aut ſicut videt homò, & Tu videbis? *p* Inſcrutabile cor hominis, *q* ſed tu noſti abſcondita illius, *r* & vides quoniam multa malitia hominum in terra, *ſ* ſenſus enim, & cogitatiò humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. *t* Corpus quod corrumpitur, aggrauat Animam, & terrena inhabitatiò deprimit ſenſum multa cogitantem. *u* Propter hoc, non habitat in ipſo Bonum, ſentit autem in membris ſuis legem repugnantem legi mentis ſuæ, & captiuantem ſe in legem peccati, *x* nàm qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: *y* Quod non vult malum, hoc facit, quod autem vult Bonum, hoc non agit, *z* quià animalis homò non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, *a* & diligit magis tenebras, quàm lucem. *b* Faſcinatiò nugacitatis obſcurat Bona, *c* & vniuerſa vanitas homò viuens. *d* Spiritus vadens & non rediens, *e* & Spem ſuam ponens mendacium. *f* Nihilominus miſeretur noſtri Deus, & illuminat vultum ſuum ſuper nos, vt cognoſcamus in Terra viam ſuam: *g* Ponit Aſpera in vias planas, *h* in Brachio ſuo, *i* & in Humeris ſuis portans nos, *k* & exaltans nos de Portis mortis, *l* & de laqueo venantium, *m* quotidiè ſurgens diluculò, *n* & aperiens aures noſtras, nos autem inſtruens diſciplina, vt auertat nos ab his quæ malè fecimus, & nos liberet de ſuperbia, *o* ſi audierimus vocem eius, *p* & fecerimus iudicia eius, *q* corrigentes vias noſtras in cuſtodiendò ſermones eius, *r* Viuus enim, & efficax eſt ſermò Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſionem Animæ, ac Spiritus, Compagum quoque, ac Medullarum. *ſ* Eſt lux vera quæ illuminat omnem Hominem *t* ſedentem in tenebris, & in vmbra mortis, ad dirigendos pedes ſuos in viam pacis. *u* Eſt lucerna ardens nobis in caliginoſo loco, *x* vt honeſtè ambulemus ſicut in die, *y* in ſemita

iudi-

r *Eccleſ.* 34. 16.
ſ *Prouer.* 8. 31.
t *Ioan.* 1. 12.
u *Pſal.* 81. 7.
x *Ioan.* 1. 12.
y *Exod* 34. 7.
z *Iſa.* 43. 25.
a 2. *Paralip.* 5. 13.
b *Iſa.* 26. 13.
c *Bar.* 3. 36.
d *Pſal.* 102. 8.
e *Sap.* 15. 1.
f *Thre.* 3. 24.
g *Pſal.* 54. 19.
h *Pſal.* 42. 5.
i *Pſal* 38. 7.
k *Pſal.* 143. 4.
l *Iob.* 14. 1.
m *Iob.* 14. 3.
n *Iob.* 7. 18.
o *Iob.* 10. 4.
p *Iere.* 17. 9.
q *Pſal.* 43. 22.
r *Geneſ.* 6. 5.
ſ *Gen.* 8. 21.
t *Sap.* 9. 15.
u *Rom.* 7. 18.
x *Ioan.* 8. 34.
y *Rom.* 7. 19.
z 1. *Corint.* 2. 14.
a *Ioan.* 3. 19.
b *Sap* 4. 12.
c *Pſal.* 38. 6.
d *Pſal.* 77. 39.
e *Iſa.* 28. 15.
f *Pſal.* 66. 2.
g *Iſa.* 40. 4.
h *Oſe.* 11. 3.
i *Deuter.* 32. 11.
k *Pſal.* 9. 15.
l *Pſal.* 90. 3.
m *Ierem.* 7. 25.
n *Iob.* 33. 16.
o *Pſal.* 94. 8.
p *Iſa.* 5. 7.
q *Pſal.* 118. 9.
r *Hebr.* 4. 12.
ſ *Ioan.* 1. 9.
t *Luc* 1 79.
u 2. *Petri.* 1. 19.
x *Rom* 13 13.
y *Iſa.* 26. 8.

a Sap.4.12.
a Pſal 34.6.
b Luc.8.10.
c Tob 4 7.
d Math 12.45.
e Pſal.63 10.
f Rom.11.33.
g Pſal.65.3.
h Pſal.65.6.
i Pſal.29.6.
k Eccleſ.5.7.
l Ioel.3.4.
m Ierem 23.29.
n Pſal 24 10.
o Pſal.138.14.
p Rom 9 15.
q Pſal.59.14.
r Iob.12.14.
ſ 1 Reg.15.29.
t Num.23.19.
u Iſa.40.8
x Math.24.35.

iudiciorum eius, z ſi autem inopſtantia concupiſcentiæ tranſuerterit ſenſum noſtrum, a fiunt tenebræ & lubricum, viæ noſtræ, b vt videntes non videant, & intelligentes non intelligant. c Ipſe autem auertit faciem ſuam a nobis, d & fiunt nouiſſima noſtra peiora prioribus, e vt timeat omnis homò f Altitudinem ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, In o nprehenſibilia Iudicia eius, g & terribilia opera eius. h Conuertit mare in Aridam, i & ſicut vita in voluntate eius, ita mors in indignatione eius, k Miſericordia, & ira citò proximant ab eo, l itaut citò velociter retribuat. m Verba Domini quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petram, n vniuerſæ tamen viæ eius, miſericordia & veritas, o & terribiliter magnificatur, magnificatur vehementer. p Cui miſericordiam præſtat, miſeretur, & quem vult indurat, ſuſtinens in multa Patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtendat Potentiam ſuam, q nam in Deo ſolùm faciemus virtutem, & Ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros; r ſi autem Ipſe deſtruxerit, nemò eſt qui ædificet, ſiincluſerit hominem, nemò eſt qui aperiat, ſ neque parcit, aut flectitur Pænitudine in Omnibus Triumphator, non eſt enim homò, vt pænitentiam agat, t neque vt Filius hominis, vt mutetur, u ſed Verbum Domini manet in æternum. x Cæli & Terra tranſibunt, verba autem illius non præteribunt.

§. XII.

Affectus, & Laus Diuina.

a Thre.2 13.
b Pſal 21.4.
c Sap.9.1.
d Exod.34:6.
e Pſal.5.3.
f Pſal.27.9.
g Iſa.50.7.
h Pſal 17 3.
i Iob 19.25.
k Pſal.31.7.
l Pſal.117.14.
m Pſal 3.4.
n Pſal.17.1.
o Ibid.
p Pſal.4.2.
q Pſal.24 5.
r Pſal.17.1.
ſ Pſal.72 26.

a CVi iam exæquabò Tè, & cui aſſimilabò Te b Laus Iſrael, c Deus Patrum meorum, d & Dominator? e Rex meus, & Deus meus, f Adiutor, & Protector meus. Suſceptor, g & Auxiliator meus. h Liberator, i & Redemptor meus, k Exultatiò mea. l & Laus mea, m Gloria mea, n & Uirtus mea, o Fortitudò mea. p & Deus Iuſtitiæ meę. q Saluator meus, r & Cornu ſalutis meæ. Firmamentum meum, & Refugium meum. ſ Deus cordis mei, & Pars mea Deus in æternum. t Deus vitæ meæ, u & Pars calicis mei. x Illuminatiò mea, & Salus mea. y Patientia mea, z & Spes mea. a Merces mea Magna nimis, b & Hereditas m:a mihi Præclara, c Deus ſalutaris meus, d Qui propitiaris omnibus iniquitatibus meis, & ſanas omnes infirmitates meas. Qui redimis de Interitu vitam meam, & in miſericordia, ac miterationibus coronas me. e Qui paſcis me ab adoleſcentia mea, f & reples in Bonis deſi-

t Pſal.41 10.
a Gen 15.1.
b Pſal.102.5.
u Pſal.15.5.
b Pſal.15.6.
x Pſal.26.1.
c Pſal.61.2.
y Pſal.70.5.
d Pſal.102.3.
z Pſal.141.6.
e Geneſ.48.15.

deſiderium meum. *g* Egò dixi in abundantia mea, *h* narrabò omnia mirabilia tua, *i* Laudem tuam, & magnitudinem tuam, *k* Pſallam tibi in toto corde meo, *l* & Hymnum dicam Nomini Tuo Altiſſime, *m* ſed labor eſt ante me, *n* grandis enim, & interpretabilis eſt mihi ſermò ad dicendum. *o* Turbatum eſt cor meum, & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, & deffecit. *p* Audiui auditionem tuam & timui. *q* Introiui in Potentias tuas, *r* & ſuper hoc expauit cor meum, & emotum eſt de loco ſuo. *ſ* Itaque manum meam ponam ſuper os meum, *t* quia magnus es Tu, *u* & enarrari non potes. *x* Accedet homò ad cor altum & exaltabitur Deus, *y* Cui omnis honor, & gloria, *z* ab omni creatura, quæ ſub Cælo eſt, & ſuper terram, & ſub Terra, & quæ in Mari, *a* ac in Aquis multis, *b* Igitur, omnis ſpiritus laudet Dominum. *c* Confiteantur Tibi Domine omnia opera tua, *d* Qui ſolus Bonus es, Rex præclare, & ſolus Iuſtus, & omnipotens, & æternus. *e* Confiteantur Cœli mirabilia Tui, *f* qui ſedes ſuper Cherubim, *g* & enarrent Gloriam tuam, *h* Deus Maieſtatis, *i* & Gloriæ. *k* Omnis Terra adoret Te, & pſallat Tibi, & Pſalmum dicat Nomini tuo, *l* quod eſt ſuper Omne Nomen. *m* Confiteantur Tibi Domine *n* Rex Magnus ſuper Omnem Terram, *o* Omnes Reges Terræ, & cantent in Vijs Domini, quoniam magna eſt Gloria Domini, *p* & exaltatum eſt Nomen eius ſolius, *q* qui ædificat in Cœlo aſcenſionem ſuam, & faſciculum ſuum ſuper Terram fundauit. *r* Omnes Gentes quaſcumque feciſti, veniant & adorent Te, *ſ* Poſſeſſor Cœli, & Terræ; *t* & in conſpectu tuo cadant Omnes, qui deſcendunt in Terram. *u* Magnum ſit Nomen tuum in Gentibus, *x* Dominator earum, *y* & in omni loco offeratur Tibi oblatiò munda. *z* Generatiò, & Generatiò per ſingulos dies benedicat Tibi, & laudet Nomen Tuum in æternum. Nationes Populorum laudent opera tua, & Potentiam tuam pronuncient. Magnificentiam Gloriæ ſanctitatis tuæ loquantur, & Mirabilia Tua pronuntient. Virtutem mirabilium tuorum dicant, & Magnitudinem Tuam pronuntient. Opera Manuum Tuarum, & Gloriam virtutis tuæ pronuntient. *a* Annuntient laudem tuam, *b* tota die Magnitudinem tuam, & lauderis in Gloria tua, *c* regnans in æternum, & vltrà, *d* & laudabilis, & glorioſus, & ſuper exaltatus in ſæcula. *e* Laudationem Domini loquatur os meum, *f* & audiat omnis Terra verba oris mei. *g* MAGNVS DOMINVS, ET LAVDABILIS NIMIS, ET MAGNITVDINIS EIVS NON EST FINIS.

✠

g *Pſal.* 29. 7.
h *Pſal.* 9. 1.
i *Pſal.* 70. 8.
k *Pſal.* 9. 2.
l *Pſal.* 7. 18.
m *Pſal.* 72. 16.
n *Hebra.* 5. 11.
o *Pſal.* 142. 4 7.
p *Haba.* 3. 1.
q *Pſal* 70. 16.
r *Iob.* 37. 1.
ſ *Iob.* 39. 37.
t *Pſal.* 85. 10.
u *Iob.* 37. 23.
x *Pſal.* 63. 8.
y *1 Timot.* 1, 17.
z *Apocal* 5. 12.
a *Pſal.* 106. 23.
b *Pſal.* 150. 6.
c *Pſal.* 144. 10.
d *2. Machab.* 1. 24.
e *Pſal.* 88. 6.
f *2. Reg* 19. 15.
g *Pſal.* 18. 2.
h *Pſal.* 28. 3.
i *Act* 7. 2.
k *Pſal.* 65. 4.
l *Philip* 2. 9.
m *Pſal.* 137. 4.
n *Pſal* 46. 3
o *Pſal.* 137. 4.
p *Pſal.* 148. 13.
q *Amos* 9. 6.
r *Pſal.* 85. 9.
ſ *Gen.* 14. 22.
t *Pſal.* 21. 30.
u *Malac.* 1. 11.
x *Sap.* 13. 3.
y *Malac.* 1. 11.
z *Pſal* 144. 13.
a *Pſal.* 78. 15.
b *Pſal.* 70. 8.
c *Exod* 15. 18.
d *Dan* 3. 52.
e *Pſal* 144. 21.
f *Deuter.* 32 1.
g *Pſal.* 47. 2.

Vidit pro Eminentiſſimo D. D. Cardinali Marcello Durazzio Epiſ-copo Fauentiæ P. Ioſeph Saui eius Theologus, Societ. Ieſu.

Imprimatur.

Fr. Ioannes Andreas Cauinus Ord. Præd. S. Thol. Mag. & Vicarius Generalis S. Officij Fauentiæ.

Digitized by Google

Digitized by Google